(4.[1] Idem. Solet frequenter, ut audiuimus, euenire, ut super clandestinis coniugiis, que in archiepiscopatu tuo sepissime contrahuntur, multa litigantium questione pulseris, cum ea sit inter contrahentes dissensio, ut unus matrimonium factum asserat et alter alteri contradicat. Ne igitur pro defectu testium euacuetur, quod si fieret in publico, auctoritate ecclesiae debent corroborari, monemus fraternitatem tuam atque mandamus, quatinus generaliter in ecclesia sub anathematis interminatione prohibeas, ne de cetero inter aliquos in absconso, sed publice coram idoneis testibus sponsalia contrahantur, ut sic saltem, quod iuste sit, digno robore conualescat, nec hec causa ambigua possint questione pulsari.)

(5. Idem. De iis, qui sponsas alienas rapiunt, antiqua de(?) sinodalis sententia seruetur. Quod si forte in ecclesia euentus talis reperiri dignoscitur, et pro salutis et pro religionis intuitu, potentia remedia circa eos quod debeant tractare pontifices, sicut canonica, ut his utamur uerbis, docet auctoritas. Quia durior iniquitas differo durius, posterior quedam tractauit humanius. Nullo modo, ut ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsae (raptor) sine publica transeat penitentia. Quod si huic obedire noluerit, sine ulla refragatione anathematizetur. Fraudatores[1] uero illius iuxta modum culpae episcopi[2] de cetero peniteant. Si uero quod non optamus, de gradu ecclesiastico de talibus nuptiis se consensorem uel iniunctorem manifeste prodiderit, a gradu proprio repellatur, et si fuerit uerisimilibus suspicionibus pulsatus, se purget.)

Lib. IV. Tit. II. 11. 1) *Appdx.* VI, 3; *Lips.* LIX, 3. (P. C.: Cum sit matrimonium); *Bamb.* LI, 3; *Cass.* LVIII, 4. (1159—81.) *Ja.* 9187. — Idem Vigil. ep.: *l* 2) si uero: *OP* 3) puellam: *O* 4) annos: *R* 5) fuer.: *deest: P;* aliquis desponsauerit (uel . . . desp.: *deest*): *OQR* 6) ante: *P* 7) peruenerit: *PQR;* ambo peruenerint: *O* 8) alterius: *Q* 9) potest: *QR* 10) peruenerint: *P* 11) ipsa: *OPQR* 12) remittenda: *O;* retinenda: *PR* 13) implendum: *OPQR* 14) iurauerunt: *OQR;* iurauerint: *P* 15) *finis canonis: OPQR* 16) Sponsam: *ac*

Tit. III. 1. 1) *Glossa interlin. ad Prouerb.* V, 16.

Tit. IV. 1) et sponso duarum: *akl*

4. 1) *hoc et sequ. caput in solo Cod. Barcin. exstant*

5. 1) *August.:* suffragatores *legend. censet* 2) *August.:* ipsi *praeferendum censet*

4. (6.) Idem Ebardo[1] Paduano Episcopo. Sollicitudini sedis apostolicae
ncumbit, ut si qua[2] dubia uel difficilia ad nostram audientiam[3] perferantur[4], ea
lebemus absoluere[5] et in lucidum[6] reuocare; super eo si quidem, unde[7] nos con-
uluit[8] dilectio tua[9], quid uidelicet seruandum[10] sit et tenendum[11] de muliere, que
um sit uni uiro desponsata et ab alio postea desponsetur et cognoscatur, sollici-
udini tuae presentibus[12] litteris respondemus[13], quod licet quarundam ecclesiarum
onsuetudo habeat, ut cum uiro secundo debeat remanere, conuenientius tamen
idetur, ut si uir et mulier ad etatem coniugio aptam deuenerint[14], et ita[15] mulier
esponsata fuerit, quod uir mulierem in suam et mulier uirum in suum recipiat,
icet postea ab alio desponsetur et cognoscatur, debeat[16] primo restitui.

5. (7.) Idem Archiepiscopo Senonensi P. C.: Sicut Romana[1]. Porro
i qui[2] uir et mulier pari consensu contraxerunt[3] matrimonium, et uir ea incognita
liam duxerit in uxorem et[4] eam cognouerit, cogendus est secundam dimittere[5] et
d primam redire. Quia quamuis exinde sit diuersa quorundam sententia et non
adem consuetudo ecclesiae[6], tutius tamen uidetur, ut primam habere[7] debeat
uam secundam, cum a prima sine[8] iudicio ecclesiae separari non debeat[9], post-
uam cum ea[10] pari uoto et consensu[11] matrimonium contraxit[12]. Sane quamquam
ulieri desponsatae et a uiro nondum cognitae liceat[13] ad religionem transire,
liam tamen non potest ducere in[14] uxorem.

6. (8.) Idem P. C.: Significasti[1]. Super eo uero[2] quod ex tuis litteris
ntelleximus, uirum quendam et[3] mulierem de mandato domini utriusque[4] sese in-
icem recepisse, nullo sacerdote presente nec adhibita solempnitate, quam solet
nglicana[5] ecclesia exhibere[6], et alium[7] predictam mulierem ante carnalem com-
ixtionem solempniter duxisse et[8] cognouisse, tuae prudentiae[9] taliter duximus
espondendum, quod si[10] primus uir et mulier ipsa[11] pari consensu de presenti
ese receperint, dicente uno[12] alteri: ego te recipio in meum et ego te recipio[13] in
eam, etiam si non intercesserit illa solempnitas, nec uir mulierem carnaliter
ognouerit, mulier ipsa primo debet restitui, cum nec potuerit[14] nec debuerit[15]
ost talem consensum alii nubere. Si uero consensus talis[16] inter eos non inter-
esserit, sub uerbis illis que diximus, nec carnalis copula etiam assensu de futuro
reeunte, secundo uiro, qui eam postea traduxerit[17] atque cognouerit, debet mulier
psa relinqui[18], et ab impetitione prioris absolui, iniuncta primo uiro[19] penitentia
e lesione fidei uel[20] uiolatione iuramenti, si dedit exinde[21] fidem, uel prestitit[22]
acramentum. Appellationi[23] autem, si qua super isto casu ab alterutra partium
uerit interposita, nisi appelletur ab eo[24], cui causa est remota appellatione com-
issa, est deuotione debita deferendum.

7. (9.) Idem Ianuensi ep. *Tua fraternitas — irritare.* (1159—81.) Ja. 9031. =
. 4. X. (4, 4.)

IT. V. DE CONDITIONIBUS APPOSITIS IN DESPONSATIONE VEL[1] ALIIS CONTRACTIBUS.

1. Ex Conc. Affric. *Quicumque sub conditionis — teneatur.* Cf. c. 7. C. XXXVII.
u. 2. = c. 1. X. (4, 5.)

2. Gregorius Grisanto ep. Spolet. *Cum sit proprium — ualeat.* Greg. I. (599.)
eg. IX, 37. Ja. 1196. = c. 2. X. (4, 5.)

Lib. IV. Tit. IV. 4. (6.) 1) Eboardo: *c;* Ebaldo: *b;* .: *R; leg.:* Gerardo. — *Appdx.* VI, 18; *Lips.* LIX, 29. *can. cont.*); *Bamb.* LI, 16. (*can. cont.*); *Cass.* LVIII, 18. 1169—81.) *Ja.* 9284. 2) qua: *deest: OQ* 3) aurem: *R*) proferantur: *aci;* perferuntur: *P;* deferuntur: *R*) eadem: *PQR;* soluere: *P* 6) lucem: *O* 7) uestra: *Q*) consulere uoluit: *P* 9) tua: *deest: Q* 10) obser-andum: *R* 11) retinendum: *QR* 12) taliter (lit.: *eest*): *O* 13) duximus respondendum: *R* 14) uene-int: *Q* 15) infra: *O* 16) debet: *O*

5. (7.) 1) *Appdx.* VI, 17; *Lips.* LIX, 31; *Bamb.* LI, 8; *Cass.* LVIII, 20. (1159—81.) *Ja.* 9155. 9158. (*una de-retalis est.*) 2) quis: *P* 3) contraxerint: *Coll. citt.*) atque (eam: *deest*): *P* 5) relinquere: *P* 6) eccle-iarum: *P* 7) hanc (deb.: *deest*): *O* 8) sine: *deest: R* 9) debuit: *P* 10) ipsa: *P* 11) assensu: *P* 12) contraxerit: *P* 13) licet: *R* 14) in: *deest: R*

6. (8.) 1) *Appdx.* VI, 22. (Eberardo Pad. ep.); *Lips.* LIX, 32. (Norv. ep.: *deest*); *Bamb.* LI, 19; *Cass.* LVIII, 21. (1159—81.) *Ja.* 9095. (?) Idem Nounic. ep.: *l:* Norwic.: *QR* 2) uero: *deest: O* 3) et: *deest: R* 4) *add.:* assensu: *O* 5) Anglica: *R* 6) adhibere: *OQR* 7) aliam: *lQR* 8) et cogn.: *deest: P* 9) paternitati: *O* 10) si: *deest: Q* 11) ipsa: *deest: O* 12) dicendo unus: *l:* dic. ... mul.: *deest: O* 13) rec.: *deest: kR* 14) potuit: *R* 15) debuit: *PR* 16) taliter: *R* 17) traduxit ... cognouit: *OP* 18) illa restitui: *R* 19) uiro: *deest: O* 20) et: *R* 21) exin.: *deest: O* 22) prestiterit: *Q* 23) Appellatio: *PR* 24) ipso: *R* 25) cessante: *R*

Tit. V. 1) et: *i;* et in: *a*

3. Alex. III. P. C.: Meminimus. *Verum cum alicui — debeat.* Repetitur supra c. 2. (1, 3.)
4. Urban. III. P. C.: Cum in apostolica. *Super eo — consistit.* (1185—87.) Ja. 9870. = c. 5. X. (4, 5.)

TIT. VI. QUI CLERICI VEL VOVENTES MATRIMONIUM CONTRAHERE POSSUNT.

1. Alex. III. Remensi Archiep. *De diacono — demonstrat.* (1159—81.) Ja. 9131. = c. 1. X. (4, 6.)
2. Idem Cenoman. ep. *Ex litterarum — ministrare.* (1159—81.) Ja. 8905. = c. 2. X. (4, 6.)

3. Idem Exon. Episcopo[1]. Significatum est nobis, quod quidam subdiaconi in tua diocesi existentes uel[2] commorantes matrimonia[3] contrahere presumpserunt[4], et sicut laici quilibet[5] cum uxoribus[6] commorantur. Unde quoniam id, sicut tua non ignorat discretio, sacrorum canonum obuiat[7] institutis, fraternitati tuae per ap. scripta precipiendo mandamus, quatinus cuiusmodi uitae subdiaconi illi ante contractum matrimonium extiterint et quales futuri credantur, si uxores dimiserint, diligenter ac studiose inquiratis[8], et si eos honestae uitae ante contractum matrimonium fuisse, aut dimissis illis, que uxores eorum[9] dicuntur esse[10], caste uicturos credideris, tu ipsos mulieres a se dimittere moneas diligentius et appellatione remota districte compellas. Si autem antea[11] dissolutae uitae fuerint[12], aut illis, quas tenent dimissis, in deteriora lapsuri creduntur[13] et plures pro una frequentare, tu id dissimulare poteris et pro grauiori lapsu uitando, quod insimul maneant sustinere. Ita tamen, quod ad altaris ministerium non accedant, nec ecclesiastica beneficia percipiant. Verumtamen[14] si tales aliqui ecclesiae personatum gerunt, aut uxores aut ecclesias prorsus dimittere sunt cogendi.

4. Idem Decano et Canonicis Lemouicensis ecclesiae[1]. Cum institisset apud nos Herbertus presentium lator parochianus uester, ut de ordine subdiaconatus, ad quem recipiendum nimis[2] enormiter et inordinate se ingesserat[3], cum eo misericorditer ageremus, nec[4] potuisset, sicut nec[5] debuerat[6], in hac[7] parte proficere, tandem a nobis licentiam postulauit, ut posset[8] sibi in matrimonium[9] aliquam legitime[10] copulare. Nos itaque studiosius attendentes, quomodo[11] predictus ordo, cum nullam sibi dignitatem attulerit uel honorem, matrimonium eius non impedit, discretioni uestrae[12] per ap. scripta precipiendo mandamus, quatinus si matrimonium legitime duxerit contrahendum, nullus uestrum eum a contractu matrimonii[13] predicti ordinis obtentu prohibere presumat, nec[14] sibi propter hoc molestiam inferat uel grauamen.

5. Idem Ispalensi Episcopo. P. C.: Continebatur[1]. Super eo uero[2] quod asseris, quosdam uiros tuae iurisdictionis in sacris ordinibus constitutos matrimonia[3] contraxisse, hoc tuae prudentiae respondemus, quod si qui in diaconatu[4] et supra matrimonia contraxerunt[5], cogendi sunt uxores relinquere[6] et uiuere continenter, ita quod post peractam[7] penitentiam ex dispensatione possint in suis ordinibus ministrare. Si uero subdiaconi contraxerint matrimonia[8], eos dummodo ante hoc tales fuerint, quod timendum sit, ne una pro pluribus abutantur, dissimulare poteris cum suis mulieribus remanere; quia[9] tollerandum est malum, ut peiora uitentur.

6. Idem Wigorn. ep. *Meminimus nos — rescindere.* (1159—81.) Ja 9016. 9206. 9209 (una decretalis est.) = c. 3. X. (4, 6.)
7. Idem Lucensi ep. *Consuluit — promouendus.* (1159—81.) Ja. 9070. = c. 4. X. (4, 6.)
8. Idem. *Veniens — postponas.* (1159—81.) Ja. 9235. = c. 5. X. (4, 6.)

Lib. IV. Tit. VI. 3. 1) *Appdx.* XVIII, 13; *Lips.* LXIV, 12; *Bamb.* LV, 12; *Cass.* LXIII, 12. (1159–81.) *Ja.* 8969. 2) exin. uel: *deest: lO* 3) matrimonium: *O* 4) presumpserint: *R* 5) quil.: *deest: P* 6) uxore: *R* 7) obuiant: *ai* 8) inquiras: *lOPR* 9) eor.: *deest: O* 10) fuisse: *R* 11) antea: *deest: R* 12) fuerit: *Q* 13) credantur: *O* 14) Verum: *kR*
4. 1) Lemouicensibus: *PR;* Lincolniensibus uel Lemouic.: *O*; Lincoln.: *l;* — *Appdx.* XVIII, 14; *Lips.* LXIV, 13; *Bamb.* LV, 13. (idem *simpliciter*); *Cass.* LXIII, 13. (1159—81.) *Ja.* 9049. 2) minus: *O* 3) ingessit: *Q* 4) et non: *lPR* 5) non: *aciklQ* 6) debuit: *R* 7) hac: *deest: O* 8) possit: *lP* 9) matrimonio: *abci* 10) leg.: *deest: O* 11) quod: *blOPR* 12) tuae: *R* 13) contracto matrimonio: *O* 14) et: *R*
5. 1) *Appdx.* LXV, 9; *Bamb.* LV, 14; *Cass.* LIX, 8. (*cf. Lips.* LX, 9.) (1159—81.) *Ja.* 9160. 2) uero: *deest: OR* 3) matrimonium: *P* 4) subdiaconatu: *P* 5) contraxerint: *PR* 6) dimittere: *lR* 7) actam: *P* 8) matrimonium: *R* 9) quod: *bclQ*

TIT. VII. DE EO QUI DUXIT IN MATRIMONIUM QUAM[1] POLLUIT[2] ADULTERIO[3].

1. Idem abbati S. Albani. *Propositum est — reportare.* (1159—81.) = c. 1. X. (4, 7.)
2. Idem abb. de Fontibus et mag. Vacario. *Significauit nobis — uxorem.* (1159—81.) a. 9002. = c. 2. X. (4, 7.)
3. Idem Bauaren. ep. P. C.: Quoniam ex multis auctor. *Super hoc uero — obseruanda.* (1159—81.) Ja. 8848. = c. 3. X. (4, 7.)

TIT. VIII. DE CONIUGIO LEPROSI.

1. Idem Cantuar. Archiep. *Peruenit ad nos — constringas.* (1159—81.) Ja. 8861. = 1. X. (4, 8.)
2. Idem Baioran. ep. *Quoniam ex multis — inuenitur.* (1159—81.) Ja. 8848. = 2. X. (4, 8.)
3 Urban. III. ep. Florentino. *Litteras fraternitatis — consummatum.* (1185—87.) a. 9874. = c. 3. X. (4, 8.)

TIT. IX. DE CONIUGIO SERVORUM VEL[1] DISPARIS CONDITIONIS.

1. Adrianus P. Salzeburgen. Archiep. *Dignum est — exhibenda.* (1151—59.) . 7068. = c. 1. X. (4, 9.)
2. Alex. III. Priori et preposito Mortar. *Proposuit nobis — faciatis.* (1159—81.) . 9083. = c. 2. X. (4, 9.)
3. Urban. III. Ariminensi ep. *Licet ad ea — iudicandum.* (1185—87.) Ja. 9866. = 3. X. (4, 9.)

TIT X. DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

Un. Greg. *Non solum — reuocentur.* Greg. I. (591.) Reg. I, 55. Ja. 759. = c. un. X. (4, 10.)

TIT. XI. DE COGNATIONE SPIRITUALI ET FILIIS ANTE VEL POST COMPATERNITATEM GENITIS.

1. Alex. III. Salern. Archiep. P. C.: Licet preter. *Utrum autem — habeat.* (1179— .) Ja. 9148. 9141. 9143. (una decretalis est.) = c. 1. X. (4, 11.)
2. Idem eidem. *Si uir — dolus.* ibid. = c. 2. X. (4, 11.)
3. Idem Wigorn. ep. *Super eo — assumi.* (1159—81.) Ja. 9198. = c. 3. X. (4, 11.)

TIT. XII. DE COGNATIONE LEGALI.

Un. Nicolaus ad consulta Bulgaror. *Si qua — possunt.* (866.) Ja. 2123. = un. X. (4, 12.)

TIT XIII. DE EO QUI COGNOVIT CONSANGUINEAM SUAE UXORIS VEL SPONSAM SUI CONSANGUINEI.

1 Ex Conc. ap. Metiam. *Si quis cum filiastra — nubere.* c. 2. Capit. Vermer. (753.) on. Germ. LL. I, 22. = c. 1. X. (4, 13.)

2. Alexander III. Wigorn. Episcopo[1]. Ad aures nostras perlatum fuisse ognoscas, quod cum[2] quidam parochianus tuus uxorem duxisset, ea dimissa aliam [3] consanguineam sibi copulare presumpsit[4], et eam carnali commixtione cognoscere secum tenere minime dubitauit. Cumque prior mulier ei[5] super hoc querelam ouisset, matrimonium eius negauit[6] et secundae[7] copulam confessus[8] est. Unde um primum coniugium aduersus eum per testes probatum fuisset[9], quoniam a se-

Lib. IV. Tit. VII. 1) quam prius: *ab* 2) polerat: *ci* 3) per adulterium: *b*
Tit. IX. 1) et: *bck*
Tit. XIII. 2. 1) *Appdx.* VI, 15; *Lips.* LIX, 27; *Cass.* VIII, 16. *in epp. Gilbert. Foliot ed. Giles* II, 102. (1163—79.) *Ja.* 8627. 2) cum: *deest: P* 3) S. uxoris suae: *P;* scilicet ei: *O;* illius scilicet: *orig.* 4) presumpserit: *R* 5) ei: *deest: OPR* 6) denegauit: *OR* 7) secundum: *R* 8) professus: *O* 9) probaretur fuisse: *O*

cunda recedere noluit, ad nostram audientiam appellauit. Super quo utique[10] tuae prudentiae respondemus, quod si prior[11] mulier et secunda se in[12] prima, uel secunda consanguinitatis[13] linea contingunt[14], tu uirum facias utraque omni contradictione et appellatione cessante carere et sine spe coniugii perpetuo permanere[15]. Si uero eas in tertio gradu[16] solummodo uel supra se se attinere[17] constiterit, tu ipsum a secunda compellas recedere, et de commisso penitentia sibi condigna imposita eum priorem sicut uxorem suam[18] recipere et maritali de cetero[19] affectione tractare constringas.

3. Idem Pictau. ep. *Veniens ad nos — accipere.* (1159—81.) Ja. 9117. = c. 2. X. (4, 13.)

4. Idem[1]. De illo[2], qui mulierem quandam cognouit et filiam eiusdem[3] sibi postea[4] in matrimonio copulauit, cui iam per decennium cohabitauit, tuae prudentiae respondemus, quod si delictum eius, sicut nobis significasti, occultum existit, penitentia sibi condigna debet imponi, nec ab uxore, tanti sceleris inscia, est propterea separandus. Si autem[5] id publicum[6] et notorium esse dignoscitur, et ab uxore separari debet et perpetuo[7] sine spe coniugii permanere.

5. Idem Verulan. Episcopo[1]. Ex relatione I. presentium latoris et ex tenore litterarum tuarum accepimus, quod cum idem I. sororem uxoris suae carnaliter cognouisset et cum ea diutius permansisset, tu eos abinuicem separasti et iam dictum I. ad nostram presentiam destinare curasti. Super quo utique fraternitati tuae duximus respondendum, ut eum studeas Ierosolimam destinare, deinde uero[2] cum ad propria redierit, ne absentia[3] illorum deterius forte contingat, dissimulare poteris, quod uxori suae cohabitet, non tamen ut eis ad hoc[4] licentiam aut fauorem tuum[5] indulgere aliquatenus uidearis.

TIT XIV. DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

1. Lucius III. Spaloten.[1] Archiepiscopo P. C.: Super eo quod. Verum super eo, quod in quinto gradu consanguinitatis in prouincia tua quidam dicuntur coniuncti, propter duritiam populi matrimonia[2], licet sint contra sacrorum canonum institutionem contracta, sub silentio et dissimulatione poteris preterire.

2. Alex. III. Cassin. abb. *Ex litteris — ignorent.* (1159—81.) Ja. 8902. = c. 1. X. (4, 14.)

TIT. XV. DE SOBOLE SUSCEPTA EX SECUNDIS NUPTIIS.

1. Alexander III. Canonicis Mutin.[1] Dilectus filius noster Egidius canonicus uester apud sedem apostolicam constitutus a nobis ex parte uestra requisiuit, si proles suscepta ex secundis nuptiis in quarto gradu possit ad consortium cognationis prioris uiri transire. Ideoque uobis significatione presentium respondemus, quod soboles ex secundis nuptiis suscepta consortio cognationis prioris uiri in prescripto gradu coniungi de iure non potest.

2. Idem Verulan. Episcopo[1]. Quia nobis significatum fuerat, quod Octauianus auus Octauiani de Tracterio quandam feminam carnaliter cognouit, ex qua filium procreauit, et postmodum uirum accipiens, filium generauit, cui cum Octauianus predicti Octauiani nepos filiam suam tradere disponeret uxorem, fraternitati tuae nos mandasse recolimus, ut id matrimonium fieri prohiberes et si contractum esset, omnino faceres dissolui. Sane scire uolumus sollicitudinem tuam, quod illis, qui in aliis causis ex auditu solummodo testificantur, fides non est aliquatenus adhibenda, sed in parentela et matrimonio testimonium sufficit ex auditu, si testes iurauerint se a maioribus suis hoc audisse et ipsi ita credant.

Lib. IV. Tit. XIII. 2. 10) itaque: *R* 11) superior: *l;* ei primam mulierem et secundam: *P* 12) uel: *0* 13) cons.: *deest: OR* 14) contigerit: *lP* 15) manere: *OPR orig.* 16) eas interdicto gradu (*male*): *0* 17) sese attingere: *0* 18) suam: *deest: lP* 19) de cet.: *deest: ib.*
4. 1) *Appdx.* L, 4. (W. Alban ep.) 1159—81. 2) adolescente: *0* 3) eius: *0* 4) post (in: *deest*): *0* 5) uero: *0* 6) publ. et: *deest: 0* 7) perp.: *deest: 0*
5. 1) *Appdx.* L, 5. (1159—81.) 2) uero: *deest: 0* 3) ex abs.: *l;* abstinentia: *0* 4) ad h.: *deest: cil* 5) tuum: *deest: 0*
Tit. XIV. 1. 1) *cf. ad* c. 3. (1, 13.) — *legend. fortasse:* Spalatrensi 2) matr. talia: *l*
Tit. XV. 1. 1) 1159—81. *Ja.* 9084.
2. 1) 1159—81. *Ja.* 9183.

TIT. XVI. DE FRIGIDIS ET[1] MALEFICIATIS[2] ET IMPOTENTIA COEUNDI.

1. In B. lib. XIX. *Accepisti mulierem — domino.* Burchard. Wormat. XIX, 104. (ed. Vasserschleben.) = c. 1. X. (4, 15.)

2. Alexander III. Adranensi[1] Episc. P. C.: Consuluit. Super eo[2] iero, quod de illo[3] nobis significasti, qui cum procreare uelit[4] filios, uxori suae iunquam carnis[5] debitum reddidit uel reddere potuit, inquisitioni tuae taliter espondemus, quod diuersa sunt inde decreta et[6] diuersae sententiae, sed consueudo est Romanae[7] ecclesiae in similibus taliter tenere, quod si non potest eam icut[8] uxorem habere, ipsam[9] habeat sicut sororem.

3. Idem Ambian. ep. *Quod sedem — reputantur.* (1170—71.) Ja. 7935. = . 2. X. (4, 15.)

4. Clemens III. O. Verulano Episcopo[1]. Litteras tuas recepimus, ex juarum tenore cognouimus, quod cum lator presentium quandam feminam iam :lapso quinquennio sibi matrimonio copulasset et secum per tres menses in eodem ecto dormisset, maleficio suo creditur impeditus, quod cognoscere illam nequiuit. Super quo sedis apostolicae litteras recepisti, in quibus continebatur, quod de Romanae ecclesiae consuetudine non erat talium matrimonium separandum. Jnde conuocatis eis ad tuam presentiam, cum uiuerent separatim, compulisti eos ıd habitationem redire communem et licet postmodum in eadem domo et lecto uissent et idem homo multa uerba[2], sicut tibi constitit, eidem feminae contulisset, :i tamen non potuit carnaliter commisceri, propter que tu timens, ne idem uir iomicidii reatum incurrat, quid in hoc casu esset agendum, nos consulere uoluisti. Quo circa discretioni tuae per ap. scripta mandamus, quatinus pro memoratis occasionibus non dimittas, quin predictos uirum et uxorem per censuram ecclesiasicam insimul habitare compellas.

TIT. XVII. DE MATRIMONIO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIAE CONTRACTO[1].

1. Celestinus P. Florentin. eccl. *Videtur nobis — recipiuntur.* Ja. CXCI. = :. 3. X. (4, 18.)

2. Alex. III. Paduano ep. *Litterae quas — coniungi.* (1159—81.) Ja. 9116. = :. 1. X. (4, 16.)

3. Idem Winton. Baton. Hereford. epp. *Ex litteris — fecerunt.* (1174—81.) Ja. 9309. = c. 2. X. (4, 16.)

TIT. XVIII. QUI FILII SINT[1] LEGITIMI.

1. Alex. III. *Conquestus est — percellatis.* (1159—81.) Ja. 9237. = c. 1. X. (4, 17.)

2. Idem. *Cum inter I. — inferri.* (1159—81.) Ja. 9262. = c. 2. X. (4, 17.)

3. Idem Rotomag. Archiep. *Transmissae nobis — filium.* (1159—81.) Ja. 9139. = :. 3. X. (4, 17.)

4. Idem Exon. Winton. epp. et abb. Forden. *Causam que — expirare.* (1159—81.) Ja. 8997. = c. 4. X. (4, 17.); c. 17. X. (1, 29.); c. 3. X. (2, 14.)

5. Idem B. Exon. ep. et abb. Fordensi. *Lator presentium — decidat.* (1161—81.) Ja. 9275. = c. 5. X. (4, 17.)

6. Idem Exon. ep. *Tanta est uis — potuerunt.* (1159—81.) Ja. 8982. = c. 6. X. (4, 17.)

7. Idem Lundon. et Wig. epp. *Causam que — impetitum.* (1159—81.) Ja. 9066. = :. 7. X. (4, 17.)

8. Idem ep. et Archidiac. Vicentin. *Perlatum est — imponatis.* (1170—71.) Ja. 7940. = c. 8. X. (4, 17.)

Lib. IV. Tit. XVI. 1) et: *deest: abi* 2) maleficiis: *l*

2. 1) Adrian.: *ai;* Arensi: *b;* Aderemensi: *k;* Appdx. VI, 24. (Andrensi ep.); *Lips.* LIX, 34. (Remensi archiep.); *Bamb.* LI, 21.; *Cass.* LIX, 34. (*ut in Lips.*) (1159—81.) *Ja.* 8828. 2) illo: *PQ* 3) eo: *P* 4) uellet: *OR* 5) carnale: *R* 6) et: *deest: O* 7) Romana (eccl.: *deest*): *QR* 8) tamquam: R 9) eam: *QR*

4. 1) (1190—91.) *Ja.* 10288. can. *deest: b* 2) uerbera: *k*

Tit. XVII. 1) celebrato: *l*

Tit. XVIII. 1) sunt: *akl*

TIT. XIX. QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT[1] VEL TESTIFICARI[2].

1. Alex. III. Parmensi ep. *Relatum est — audiendi.* (1159—81.) = c. 1. X. (4, 18.)

2. Idem Burdega. Archiepiscopo[1]. Consuluit nos tua fraternitas quid tibi faciendum sit de quodam milite, qui cum mulierem quandam duxerit[2] in uxorem et eam tempore longo tenuerit et[3] prolem ex ea susceperit, nunc matrimonium ipsum[4] accusat, dicens se ei[5] in quarto gradu consanguinitatis esse. Ad quod utique[6] consultationi tuae taliter respondemus, quod si prefatus miles mulierem ipsam in facie ecclesiae duxit[7] et longo tempore tenuerit[8], non debet uox suae accusationis admitti, nisi aliae personae idoneae[9] apparerent et[10] merito suspicione[11] carentes, que[12] matrimonium ipsum uelint legitime et[13] possint[14] accusare, nec eaedem[15] personae admitti debent, si per XX. uel XVIII. annos insimul sine questione mansissent.

3. Idem B.[1] Exon. Episcopo[2]. Peruenit ad audientiam nostram quod Hug. de Relega[3] et M. uxor eius in tali sunt linea consanguinitatis coniuncti quod nullo modo possunt[4] insimul legitime commorari. Unde quoniam ad hoc magna est discretio adhibenda, fraternitati tuae per ap. scripta precipiendo mandamus, quatinus si aliqui apparuerint, qui uelint et possint matrimonium ipsum legitime impetere[5], utraque parte ante tuam presentiam[6] conuocata, quanto tempore cohabitauerunt[7], diligenter ac studiose perquiras, et utrum tempore, quo coniuncti fuerunt[8], accusatores siluerunt[9] et eos coniungi debere cognouerunt[10] sollicite inuestiges. Quod si illos tempore coniunctionis hoc sciuisse et siluisse constiterit, de cetero graue esset eos audire. Tollerabilius est enim aliquos contra statuta hominum copulatos relinquere[11], quam coniunctos quoslibet legitime contra statuta domini separare. Si uero matrimonium ipsum[12] est recenter contractum, uel notitiam eius tempore contractus ad accusatores peruenisse non constiterit[13], fama uiciniae et personarum sollicite perscrutata, causam audias et eam fine canonico studeas terminare.

4. Repetitur c. 8. de testib. (2, 13.)

TIT. XX. DE DIVORTIIS.

1. Ex Conc. ap. Vermer. *Si qua mulier — maneat.* c. 5. Capit. Vermer. (753.) Mon. Germ. LL. 1, 22. = c. 1. X. (4, 19.)

2. Alex. III. Archiep. Beluacensi. *Quesiuit a nobis — seruetur.* (1172—73.) Ja. 8191. = c. 2. X. (4, 19.)

3. Idem Ambian. ep. P. C.: Quod sedem. *Porro de comite — contracta.* (1170—71.) Ja. 7935. = c. 3. X. (4, 19.)

4. Idem. *Significasti nobis — commisisse.* (1159—81.) Ja. 9177. = c. 4. X. (4, 19.)

5. Urban. III. Florentin. ep. P. C.: Litteras super. *De illa uero — compellendam.* (1182—87.) Ja. 9873. 9874. (una decretalis est.) = c. 6. X. (4, 19.)

6. Idem Episcopo Wigorn. P. C.: Meminimus[1]. Si aliquis[2] parochianorum tuorum matrem, sororem[3], uel filiam uxoris suae carnaliter forte[4] cognouerit et hoc publice[5] et[6] manifestum extiterit, est ab ea penitus separandus, et uterque illorum, scilicet tam mechus quam mecha, debent[7] sine spe coniugii[8] perpetuo permanere. Si autem id[9] occultum fuerit et secretum, penitentiam de commisso debet accipere et uxori suae infra tempus penitentiae uel extra debitum, si

Lib. IV. Tit. XIX. 1) non poss.: *abk* 2) in eo test.: *l*

2. 1) *Appdx.* VI, 30; *Lips.* LIX, 40; *Bamb.* LI, 27; *Cass.* LVIII, 28; (1159—81.) *Ja.* 8857. 8858. 8859. (*una decretalis est*) 2) duxit: *bck* 3) et: *deest: O* 4) suum: *O* 5) se ei: *deest: O;* ei: *deest: R* 6) itaque: *R* 7) duxerit: *O* 8) tenuit: *kPR* 9) et id.: *O;* appareant: *OR* 10) et: *deest: P;* nec: *R* 11) suspicionis: *acikOQR* 12) qui: *PR* 13) et: *deest: Q* 14) possunt: *O* 15) heredes: *O* (?)

3. 1) H.: *R* 2) *Appdx.* VIII, 23; *Lips.* LIX, 57; *Cass.* LVIII, 39. (1159—81.) *Ja.* 9271. 3) Relegata: *l;* Kalega: *O;* Belega: *P;* Wigandus de Tela: *R* 4) possint: *R* 5) impugnare: *O* 6) ante te: *R* 7) cohabitauerint: *kOR* 8) fuerint: *bk* 9) siluerint: *OR* 10) cognouerint: *O* 11) *add.:* coniunctos: *O* 12) ips.: *deest: R* 13) constiterint: *R*

Tit. XX. 6. 1) *Appdx.* XII, 1; *Lips.* LX, 1. (P. C.: Super eo quod a nobis); *Bamb.* LII, 1. (Wig. ep. *simpliciter*); *Cass.* LIX, 1. (*ut in Lips.*) (1159—81.) *Ja.* 9016. 9206. 9209. (*una decretalis est*) 2) quis: *O* 3) uel sororem: *OQ* (uel fil.: *deest*): *R* 4) forte: *deest: l* 5) publicum: *OPQR* 6) uel: *R* 7) debet: *aO* 8) sine coniugio manere: *R* 9) hoc: *O; deest: Q*

egerit, soluere. Sane si aliquam uxoris suae consanguineam, que illam[10] in tio[11] uel alio deinceps gradu contingat, carnali commixtione cognouerit[12], non t propterea inter eos diuortium celebrandum[13], sed deliquenti secundum qualatem personae et criminis est penitentia iniungenda.

TIT. XXI. DE DOTE POST DIVORTIUM RESTITUENDA.

1. Ex Conc. hab. ap. Guarmatiam. *Mulieres uero — uxorem.* Cap. incertum. = . X. (4, 20.)

2. Alexander III.[1] Ex conquestione[2] M.[3] mulieris nobis innotuit, quod [4] quondam uir suus, a quo, sicut dicitur, fuit iudicio[5] ecclesiastico separata, tem suam sibi reddere contradicit. Quia uero indecens est et a iuris ordine[6] ienum, ut predicta mulier dotem suam amittat, fraternitati tuae per ap. scripta ecipiendo mandamus, quatinus si eadem mulier a predicto uiro fuit[7] iudicio clesiastico separata, ipsum moneas[8] et si necesse fuerit appellatione remota[9] clesiastica districtione compellas, ut predictae mulieri dotem suam restituat t secundum consuetudinem terrae in presentia tua iustitiae plenitudinem hibeat.

3. Urban. III. decano cantori et capicerio Lexorii. *Significauit nobis — com-latis.* (1185—87.) Ja. 9877. = c. 2. X. (4, 20.)

TIT. XXII. DE SECUNDIS NUPTIIS.

1. Idem Vigil. ep. *Vir autem — debet.* Alex. III. (1159—81.) Ja. 9186. 9185. (una retalis est.) = c. 3. X. (4, 21.)

2. Idem Exon. ep. P. C.: In Litteris. *Super illa uero — aboletur.* (1159—81.) Ja. 86. 8981. 9045. 9046. (una decretalis est.) = c. 4. X. (4, 21.)

3. Lucius III. Uniuersis Christianis in captiuitate Sarracenorum positis. *minus ac — reuertatur.* (1181—85.) Ja. 9685. = c. 2. X. (4, 21.)

LIBER QUINTUS.

TIT. I. DE ACCUSATIONIBUS.

1. Felix P. II. *Si legitimi — accusatus.* Pseudo-Felix II. ep. I. c. 18. ap. Hinschius 488. Ja. CLVIII. = c. 1. X. (5, 1.)

2. Gregor. Antemio subdiac. *Cum fortius — deportari.* (601.) Reg. XI, 71. Ja. 21. = c 1. X. (5, 2.)

3. Pascal. P. *Nulli episcoporum — separare.* Cap. incertum = c. 5. X. (5, 1.)

4. Ex Conc. Magont. *De his — replicari.* Paulus recept. sent. §. 1. t. VI. B. Lib. I. = 6. X. (5, 1.)

5. Gregorius Guidascalo duci Campaniae. *Illa prepositorum — absoluantur.* (600.) g. X, 11. Ja. 1294. = c. 3. X. (5, 1.)

6. Idem Constantiae augustae. *Omnipotens deus — honoretur.* (594.) Reg. V, 21. 973. = c. 4. X. (5, 1.)

7. Stephan. P. *Repellantur cohabitantes — solet.* Pseudo-Steph. I. ep. 2. no. VII. ap. nschius p. 184. Ja. XCV. = c. 7. X. (5, 1)

8. Felix P. epp. per Galliam constitutis. *Si quis episcopus — deferatur.* Pseudo-lix I. ep. II. no. IX. ap. Hinschius p. 201. Ja. CI. = c. 2. X. (5, 1.)

9. Ex B. lib. XIX. *Accusasti aliquem — debes.* Burch. Wormat. lib. XIX. c. 27. (ed. asserschleben.) = c. 8. X. (5, 1.)

10. Alex. III. P. C.: Licet preter soli. *De cetero — remouendi.* Repetuntur c. 14. 13.); c. 6. (2, 2.)

Lib. IV. Tit. XX. 6. 10) illi: *OQR* 11) tertio adu uel deinceps: *OPQR* 12) cognouit: *ai* 13) sentia diuortii celebranda: *l*

Tit. XXI. 2. 1) *Appdx.* XXXIII, 2. (uen. fratri N. ep. thon.); *Lips.* LXIII, 7. (idem); *Cass.* LXII, 6. (idem.); *Baiocensi ep.: l* (1159—81.) *Ja.* 8841. 2) questione: *R* 3) E.: *O* 4) R.: *O* 5) sine iud.: *O* 6) ratione: *R* 7) fuerit: *OP* 8) commoneas: *P; add.:* et inducas: *O* 9) cessante: *R*

11. Augustinus super Genes. de morte Abel. *Evidentia perpetrati — accusatoris.* Glossa interlin. ad c. 4. Genes. = c. 9. X. (5, 1.)

12. Alex. III. Gaetano electo. *Cum P. Manconella — permittas.* (1166—67.) Ja. 7577. = c. 10. X. (5, 1.); c. 7. X. (5, 34.)

13. Idem Wigorn. ep. *Ex parte tua — ministrari.* (1170—71.) Ja. 7941. = c. 11. X. (5, 1.)

TIT. II. DE SIMONIA ET NE ALIQUID PRO SPIRITUALIBUS EXIGATUR VEL PROMITTATUR[1].

1. Gregor. gener. sinodo presidens. *In ordinando — prohibemus.* Conc. Rom. sub Greg. hab. = c. 1. (5, 3.)

2. Ex Conc. Magont. *Quia alium — deponatur.* c. 12. (847.) = c. 2. X. (5, 3.)

3. Deodatus P. *Si dominus — exorandus.* Cap. incertum = c. 3. X. (5, 3.)

4. Idem. *Accusatum simonia — addiscere.* Greg. I. (545.) Reg. VI, 3. Ja. 1013. = c. 4. X. (5, 3.)

5. Idem. *Quotiens contra — disceremus.* Ibidem = c. 5. X. (5, 3.)

6. Lucius P. *Sicut enim simoniaca — mulctauit.* Cap. incertum = c. 6. X. (5, 3.)

7. Alex. III. in Conc. Turon. *Non satis — auget.* c. 6. C. Turon. (1163.) = c. 8. X. (5, 3.)

8. Ex Conc. Later. *Cum in ecclesiae — imitatur.* c. 7. Conc. Later. III. (1179.) = c. 9. X. (5, 3.)

9. Alex. III. Vigil. ep. *Cum sit Romana — potes.* (1159—81.) Ja. 9185. 9186. (una decretalis est.) = c. 10. X. (5, 3.)

10. Idem Tollet. Archiep. *De hoc autem — possint.* (1159—81.) Ja. 9170. = c. 11. X. (5, 3.)

11. Alex. III. Eborac. Archiep. *Cum essent — permittas.* (1159—81). Ja. 8948. = c. 12. X. (5, 3.)

12. Idem Cistrensi ep. *Insinuatum est — deierare.* (1159—81.) Ja. 8910. = c. 13. X. (5, 3.)

13. Idem. *Nemo presbiterorum — est.* Capit. Hincm. Rem. c. 13. = c. 14. X. (5, 3.)

14. Idem Vener. fratr. n. Wigorn. ep. et dil. fil. de Pateia priori. *Querelam monachorum — exequatur.* (1163—79.) Ja. 8629. = c. 15. X. (5, 3.)

15. Idem. *Ea que de auaritiae — uobis.* (1159—81.) Ja. 9243. — c. 16. X. (5, 3.); c. 12. X. (3, 30.)

16. Deusdedit. *Tanta est — meretrix.* Cap. incertum = c. 6. X. (5, 3.)

17. Alexander III. Cant. Archiep. et eius suffraganeis[1]. Cum clerici uestrae iurisdictionis, sicut accepimus, decedentibus ecclesiarum personis paciscantur[2], ipsis[3] ecclesiis maiores solitis soluere pensiones, ut facilius easdem ecclesias possint adipisci, nos quidem ad tam detestabile uitium extirpandum, attentam uolumus curam et sollicitudinem adhibere[4]. Inde est quod fraterniti tuae[5] per ap. scripta precipiendo[6] mandamus, quatinus clericis omnibus uestris, ne id attemptare presumant, publice[7] sub districta penitentia[8] prohibeatis, et[9] si quidem contra prohibitionem uestram[10] uenire presumpserint appellatione postposita eos ecclesiis[11] taliter adeptis quam citius[12] spolietis et alias[13] pro tantae presumptionis excessu seueritate ecclesiastica puniatis. Ad hoc quia sunt clerici quidam, qui cum religiosis uiris collusione facta citra auctoritatem diocesiani episcopi ecclesias, quas tenent, eis[14] constituunt censuales, ut post decessum eorum[15] eaedem ecclesiae per representationem eorumdem religiosorum uirorum ad filios uel nepotes clericorum ipsorum[16] possunt[17] transferri, presentium auctoritate uobis precipimus, ut si qui clericorum uestrorum inuenti fuerint facere talia, eos a prescriptis ecclesiis sublato[18] appellationis remedio non differatis auctoritate apostolica remouere, ne de sua[19] fraude uel dolo uideantur commodum reportare.

18. Lucius III. Spelatren. Archiep. P. C.: Super eo quod. *De simoniace — sunt.* (1181—85.) = c. 22. X. (5, 3.)

19. Alex. III. Bar. Ricardo. *Ex diligenti — demonstrare.* (1159—81.) Ja. 9245. = c. 17. X. (5, 3.)

20. Idem Strigon. Archiep. *Et si questiones — consueuit.* (1166.?) Ja. 7553. = c. 18. X. (5, 3.)

Lib. V. Tit. II. 1) uel prom.: *deest: l*
17. 1) *Lips.* VI, 2; *Cass.* XVIII, 2. (1159—81.) *Ja.* 8883. 2) paciscuntur: *al* 3) ex ips.: *R* 4) exhibere: *R* 5) uestrae: *kR* 6) prec.: *deest: R* 7) pub.: *deest: R* 8) pena: *abci* 9) et: *deest: R* 10) nostram: *R* 11) ab eccl.: *P* 12) quantocius *P;* quanto cit.: *R* 13) aliter: *R* 14) ab eis: *R* 15) eorundem eccles.: *R* 16) suorum ips.: *P* 17) possint: *R* 18) remota appellatione: *R* 19) sua: *deest: cklP*

21. Lucius III. *Matteus cardinalis — patiatur.* (1181—85.) Turon. Archiep. = 23. X. (5, 3.)

TIT. III. NE PRELATI[1] VICES SUAS VEL ECCLESIAS ALIIS SUB ANNUO PRETIO CONCEDANT.

1. Alex. III. in Conc. Later. P. C.: Cum in officiis. *Preterea quoniam — amittat.* 15. C. Lat. III. (1179.) = c. 1. X. (5, 4.)
2. Idem in Conc. Turon. *Quoniam in quibusdam — percellatur.* c. 7. (1163.) = 2. (5, 4.)
3. Idem in Turon. Conc. residens ait. *Quoniam enormis — habetur.* = c. 3. X. (5, 4.)
4. Idem Exon. ep. *Querelam magistri — possidere.* (1159—81.) Ja. 8974. = c. 4. X. (5, 4.)

TIT. IV. DE MAGISTRIS ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI.

1. Ex Conc. Later. *Quoniam ecclesia — impedire.* c. 18. C. Lat. III. (1179.) = 1. (5, 5.)
2. Alex. III. Winton. ep. P. C.: Nuntios. *Prohibeas attentius — preficere.* (1159— .) Ja. 9228. 9229. (una decretalis est.) = c. 2. (5, 5.)
3. Idem. *Quanto Gallicana — ualebunt.* (1170—72.) Ja. 7993. = c. 3. X. (5, 5.)

TIT. V. DE IUDEIS ET SARRACENIS ET EORUM SERVIS.

1. Ex Conc. Maticen. *Presenti concilio — tenere.* c. 16. C. Matiscon. (581.) = 1. X. (5, 6.)
2. Ex gestis Roman. Pontificum[1]. Tempore[2] Zachariae natione Greci ntigit plures Venetorum[3] hanc Romam[4] in urbem aduenisse negotiatores, et ercimonii nundinas propagantes multitudinem mancipiorum, uirilis scilicet et minei[5] generis, emere uisi sunt, quos in[6] Affricam ad paganam gentem nitentur deducere, quo cognito idem sanctissimus pater fieri prohibuit, hoc iudicans, iod iustum non esset, ut Christi abluti baptismo, paganis gentibus deseruirent, itoque eisdem Venetis[7] pretio, quod in eorum emptionibus[8] dedisse probati nt, cunctos a iugo seruitutis redemit atque more liberorum degendos absoluit.
3. Gregor. Venantio ep. Lucensi. *Multorum ad nos — dampnauit.* Gregor. I. (594.) g. IV, 21. Ja. 928. = c. 2. X. (5, 6.)
4. Idem Ianuario ep. *Iudei de ciuitate — permittit.* Greg. I. (598.) Reg. IX, 6. Ja. 62 = c. 3. X. (5, 6.)
5. Ex Conc. Later. *Iudei siue — exhiberi.* c. 26. C. Lat. III. (1179.) = c. 5. X. (5, 6.); 21. X. (2, 20.)
6. Ex eodem. *Ita quorumdam — proferatur.* c. 24. 16. ib. = c 6. X. (5, 6.)
7. Alex. III. *Quia super his — conuertantur.* Massiliensi ep. (1169—81.) Ja. 9040. 9076. ia decretalis est.) — c. 4. X. (5, 6.)

TIT. VI. DE HERETICIS.

1. Stephanus omnib. epp. *Dubius in fide — ignorant.* Pseudo-Sixtus ep. I. c. 3. inschius p. 107. Ja. XXVIII. = c. 1. X. (5, 7.)
2. Leo P. Toribio Arusticensi ep. *Qui alios — demonstrat.* ep. 15. ed. Baller. (447.) . 190. = c. 2. X. (5, 7.)
3. Augustin. de fide. *Firmissime tene — salutem.* Fulgent. de fide = c. 3. X. (5, 7.)
4. Gregor. Anastasio Antioceno. *Fraternitati tuae — auctores.* Greg. I. (599.) g. IX, 49. Ja. 1209. = c. 4. X. (5, 7.)
5. Alex. III. Remensi Archiep. *Cum Christus — subsistens.* (1177.) Ja. 8467. = 7. X. (5, 7.)
6. Ex Conc. Later. *Sicut ait — sepulturam.* c. 27. C. Lat. III. (1179.) = c 8. X. (5, 7.)
7. Idem[1]. De Brabanzonibus[2] etiam et[3] Aragonensibus, Nauarris[4], Basculis , Cotarellis[5], qui tantam in Christianos exercent immanitatem[6], ut non[7] ecclesiis,

Lib. V. Tit. III. 1) de prel. ne: *cl*

Lib. V. Tit. V. 2. 1) *Lips.* LV, 9. — *Anastasii ist. de uit. rom. pontif. Vita S. Zachariae (ed. Migne)* . 222. 2) Porro eodem tempore contigit: *orig.* Veneticorum: *ib.* 4) Romanam: *ib.* 5) femini: *ib.* 9) et in: *ib.* 7) Veneticis: *ib.* 8) emptione se: *ib.*

Tit. VI. 7. 1) *Lips.* XV, 3; *Cass.* XII, 3. — *pars est capitis antecedentis* 2) Braibanz: *Aci* 3) et: *deest: orig.* 4) et Nau. et: *P* 5) *add.:* et Triaserdinis (Terandinis: *R*): *orig. R* 6) inhumanitatem: *R* 7) nec: *R orig.*

non[8] monasteriis deferant, non[9] uiduis et pupillis, non pueris aut[10] senibus, nec[11] cuilibet parcant etati aut sexui, sed more[12] paganorum omnia perdunt[13] et uastant, similiter constituimus, ut ipsi[14], qui eos tenuerint, uel conduxerint, uel[15] fouerint per regiones, in quibus taliter debacchantur, in dominicis et aliis[16] diebus solempnibus per ecclesias excommunicati publice denuntientur[17], et eadem omnino sententia et pena cum predictis hereticis habeantur astricti, nec ad communionem recipiantur ecclesiae, nisi societate illa pestifera et heresi abiuratis[18]. Relaxatos autem se nouerint a debito fidelitatis et[19] hominii ac totius obsequii, donec in tanta iniquitate permanserint[20], quicumque illis aliquo pacto[21] tenentur adnexi. Principibus[22] autem, cunctisque fidelibus in remissionem iniungimus peccatorum, quod[23] tantis cladibus uiriliter[24] se opponant et contra eos armis tueantur populum Christianum. Confiscentur[25] quoque bona eorum et liberum sit principibus huiusmodi pestilentes homines subicere seruituti. Qui autem in uera penitentia ibi decesserint et peccatorum indulgentiam et fructum[26] mercedis eternae non dubitent se habituros. Nos etiam[27] de misericordia dei et beatorum apostolorum[28] Petri et Pauli auctoritate confisi fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint et ad episcoporum[29], siue aliorum prelatorum consilium ad eos certauerint[30] expugnandos, biennium de iniuncta penitentia relaxamus, aut si longiorem moram ibi habuerint[31], episcoporum discretioni, quibus huius rei cura fuerit iniuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium secundum modum laboris maior eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni episcoporum in huiusmodi[32] parere contempserint[33], a perceptione corporis et sanguinis domini nostri[34] Iesu Christi fieri[35] alienos. Interim uero[36] eos, qui ardore fidei ad expugnandum eos laborem istum[37] assumpserint, sicut eos, qui sepulcrum domini[38] uisitant, sub ecclesiae defensione recipimus et ab uniuersis inquietationibus tam in rebus quam in personis statuimus manere securos. Si uero quisquam[39] interim eos molestare presumpserit, per episcopum loci excommunicationis sententia feriatur, et tamdiu sententia ab omnibus seruetur[40], donec et[41] ablata reddantur et de illatis dampnis congrue satis faciat[42]. Episcopi uero siue[43] presbiteri, qui talibus forte[44] non restiterint[45], officii sui priuatione[46] mulctentur, donec misericordiam sedis apostolicae obtineant.

8. Ex Conc. Affric. *Si quis episcopus — recitetur.* c. 82. ap. Dionys. = c. 5. X. (5, 7.)

9. Ex eodem. *In eos — exaudiendum est.* c 22. ib. = c. 6. X. (5, 7.)

10. Alexander III.[1] In partibus Tolosae dampnosa[2] heresis dudum emersit, que more cancri paulatim[3] se ad uicina loca transfundens[4], per Guasconiam et alias prouincias quamplurimos iam infecit, que dum in modum serpentis infra suas reuolutiones[5] absconditur, quanto serpis occultius, tanto grauius dominicam uineam in simplicibus demolitur. Unde contra eam episcopos et omnes domini sacerdotes[6] uigilare precipimus et sub interminatione anathematis prohibere, ne[7] ubi cogniti fuerint illius heresis sectatores, receptaculum eis quisquam in sua terra prebere aut presidium impertiri presumat, sed nec in uenditione aut emptione aliqua cum eis communio[8] habeatur, ut solatio saltem humanitatis amisso ab errore uiae suae resipiscere compellantur. Quisquis autem contra hec uenire temptauerit, tamquam particeps iniquitatis eorum anathemate feriatur. Illi uero si deprehensi fuerint, per catholicos principes custodiae mancipati omnium bonorum amissione mulctentur. Et quoniam de diuersis partibus in unum latibulum crebro conueniunt et

Lib. V. Tit. VI. 7. 8) aut: *P;* nec: *R orig.* 9) nec ... nec ... nec ...: *R* 10) et: *orig.* 11) aut: *kP;* uel: *i* 12) morte: *cklR* 13) perdant ... uastent: *PR orig.* 14) et ipsi: *P; deest: R orig.* 15) aut: *P* 16) in al. solempnitatibus: *P* 17) nuntientur: *abcil* 18) *add.:* penitus: *R* 19) seu: *PR* 20) remanserint: *P* 21) peccato: *orig.* 22) Ipsis: *ib.* 23) ut: *P orig.* 24) *add.:* obuiantes: *R* 25) confiscenturque: *orig.;* quoq.: *deest: R orig.* 26) fructumque: *P* 27) autem: *R* 28) ap.: *deest: P* 29) eorum: *P; add.:* suorum: *orig.* 30) decertauerint; *PR;* decertando: *orig.* 31) fecerint: *R* 32) huiuscemodi: *orig.* 33) contempserunt: *ib.* 34) nostri ... Christi: *deest: PR orig.* 35) *add.:* decreuimus: *k;* iubemus: *R* 36) autem: *blP* 37) iustum: *orig.* 38) dominicum: *ib.* 39) quispiam: *ib.* 40) obseruetur: *P* 41) et: *deest: P* 42) satisfiat: *abi;* satisfiant: *l; add.:* iterum: *orig.* 43) uel: *P* 44) fortiter: *orig. R* 45) restiterunt: *P* 46) suspensione: *R*

10. 1) *c. 4. Conc. Turon.* 1163. *Lips.* LIV, 1. 2) damnanda: *orig.* 3) paul.: *deest: P* 4) diffundens: *P orig.* 5) euolutiones: *orig.* 6) *add.:* in illis partibus commorantes: *ib.* 7) ut ... sectatores ne: *orig.* 8) omnino commercium: *ib.*

reter consensum erroris nullam cohabitandi causam habentes, in uno domicilio ommorantur, talia conuenticula et inuestigentur attentius, et si inuenta fuerint anonica seueritate uetentur[9].

11. Lucius III. *Ad abolendam — obsequantur.* (1184.) Ja. 9635. = c. 9. X. (5, 7.)

TIT. VII. DE SCISMATICIS ET ORDINATIS AB EIS ET ALIENATIONIBUS FACTIS.

1. Ex gestis Rom. Pontificum[1]. Tempore Stephani papae natione Siculi ux Nepesinus[2] fratrem suum Constantinum in Lateranis eligi fecit, cui omnes ene iurauerunt, deinde a Gregorio Prenestino et Eustasio[3] Albanensi et Itonato[4] ortuensi consecratur. Hic Sergium Rauennae archiepiscopum et Stephanum Ieapolitanum episcopum ex laicis consecrauit, sed postea captus et Romam ductus xoculatur et in sinodum sub Stephano collectam adducitur. Canonibus ergo rolatis sententia promitur, episcopos, presbiteros, diacones a Constantino consecratos in primos suos gradus reuerti et inde decreto electionis facto a Stephano onsecrati, nunquam maiori gradu prouehendi, sed in eis, quibus fuerant a Constantino ordinati maneant. Laicos autem, quos ad ordines prouexit, monachos eri et sic manere, omnia ab eo facta retractari preter baptisma et chrisma.

2. Ex Conc. Later. *Quod a predecessore — suspensos.* c. 2. Conc. Lat. III. (1179.) = 1. X. (5, 8.)

TIT. VIII. DE APOSTATIS ET REITERANTIBUS BAPTISMA.

1. Repetitur c. 6. (3, 1.)

2. Alex. III. P. C.: Presbiterum. *Preterea clerici — declarant.* Eugen. III. Iocellino arensi ep. = c. 1. X. (5, 9.)

3. Idem abbati S. Genouefae. *Ex litterarum — expiare.* (1159—81.) Ja. 9004. = 2. X. (5, 9.)

TIT. IX. DE HIS QUI FILIOS OCCIDERUNT.

1. Alex. III. Tornac. ep. *Veniens ad nos — adhereat.* (1159—60?) Ja. 7141. = 1. X. (5, 10.)

2. Lucius III. Paris. ep. *Intelleximus ex litteris — gubernare.* (1181—85.) Ja. 9672. = 2. X. (5, 10.)

TIT. X. DE HOMICIDIO VOLUNTARIO VEL CASUALI.

1. In Exodo. *Si quis — moriatur.* Exod. XXI, 14. = c. 1. X. (5, 12.)

2. In eodem[1]. Si rixati fuerint viri et percusserit quis mulierem pregnan- m et abortiuum[2] fecerit, si[3] ipsa uixerit, subiacebit dampno, quantum expetierit aritus mulieris et arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit subsecuta, ddet animam pro anima.

3. Ex Conc. Aurel. *Qui sine odii meditatione — penitentiam agat.* Ultima uerba c. ult. 1 2. C. XIII.

4. Ex penitentiali Rom. *Interfecisti furem — agat.* Burch. XIX, 26. (ed. Wasserschben.) = c. 2. X. (5, 12.)

5. Augustinus sup. Exod. *Si perfodiens — fur.* Quaest. 84. = c. 3. X. (5, 12.)

6. Ieronimus. *Cum iuramento — propheta.* In c. 14. Matth. = c. 4. X. (5, 12.)

7. Alex. III. Bartolomeo Exon. ep. *Sicut dignum — coherceri.* (1171—73.) Ja. 187. = c. 6. X. (5, 12.)

8. Idem. *Presbiterum autem — incurrerit.* (1159—81.) Ja. 9146. 9141. 9143. (una ecretalis est.) = c. 7. X. (5, 12.)

9. Idem Cusentino Archiep. *Continebatur in litteris — permittas.* (1159—81.) Ja. 921. = c. 8. X. (5, 12.)

10. Idem B. Exon. ep. et abb. *Lator presentium — promoueri.* Eugen. III. capit. urdegal. (1161—68.) Ja. 9273. = c. 9. X. (5, 12.)

Lib. V. Tit. VI. 10. 9) mulctentur: *P*
Tit. VII. 1. 1) *cf. Anastasii hist. de uit. Rom. Pontif. Vita Stephani* III. 2) Nephesinus: *ibi* 3) *leg.:* Eustratio 4) *leg.:* Citonato aut Citornato
Tit. X. 2. 1) *Exod.* XXI, 22. 2) *add.:* quidem: *Vulg.* 3) sed: *ib.*

11. Idem abb. S. Benedicti de Nebia. *Suscepimus litteras — interemptos.* (1170—71.) Ja. 7939. = c. 10. X. (5, 12.)
12. Idem Lucensi ep. P. C.: Consuluit. *De cetero noueris — promouendus.* (1159—81.) Ja. 9070. = c. 11. X. (4, 12.)
13. Ex Conc. Guarmatiensi. *Si aliquis — teneatur.* Cap. incertum = c. 5. X. (5, 12.)

TIT. XI. DE TORNEAMENTIS.

1. Ex Conc. Later. *Felicis memoriae — sepultura.* c. 20. C. Lat. III. (1179.) = c. 1. X. (5, 13.)

2. Eugenius III. in concilio Remensi[1]. Temerariam similiter[2] audaciam quorundam, qui ad detestabiles nundinas[3] uel ferias ex condicto solent ad concertationem[4] uirium suarum conuenire, unde hominum[5] sepe[6] pericula[7] proueniunt[8], omnino fieri interdicimus; quod si quis ibidem mortuus[9] fuerit, uiaticum[10] non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura.

TIT. XII. DE CLERICIS PUGNANTIBUS IN DUELLO.

1. Alex. III. P. C.: Licet preter. *Porro si clericus — subsecuta.* (1159—81.) Salernit. archiep. Ja. 9146. 9141. 9143. (una decretalis est.) = c. 2. (5, 14.)
2. Idem. *De presbitero — extitisset.* Repetitur c. 1. X. (1, 12.)

TIT. XIII. DE ADULTERIIS ET STUPRO.

1. In Exod. *Si seduxerit — consueuerunt.* Exod. XXII, 16 sq. = c. 1. X. (5, 16.)
2. August. Felici Sipontin. ep. *Peruenit ad nos — licentia.* Greg. I. (593.) Reg. III, 43. Ja. 882. = c. 2. X. (5, 16.)
3. Ex Conc. Aurel. *Si uir — sepe.* Hermae Pastor = c. 3. X. (5, 16.)
4. Ex synodo Iohannis Papae. *Perniciosa — prosequendum.* c. 12. syn. Rom. (898.) = c. 1. X. (1, 31.)
5. Ex Conc. Paris. *Maritis etiam — defendere.* Interpret. ad c. 2. Cod. Theod. IX, 7. = c. 4. X. (5, 16.)
6. Alex. III. *Significasti nobis — postponas.* (1172—73.) Ja. 8190. = c. 5. X. (5, 16.)

TIT. XIV. DE RAPTORIBUS PREDONIBUS INCENDIARIIS ET VIOLATORIBUS ECCLESIARUM.

1. Ex Conc. Meldensi. *De illis autem — emendent.* cf. c. ult. C. VI. qu. 3. = c. 1. X. (5, 17.)
2. Ex Conc. Later. P. C.: Ita quorundam. *Excommunicationi quoque — subiacere.* c. 24. Conc. Lat. III. (1179.) = c. 3. X (5, 17.)
3. Alex. III. Panormit. Archiep. *In archiepiscopatu — potestati.* (1159—81.) Ja. 9106. = c. 4. X. (5, 17.)
4. Lucius III. Nonhebergensi (Numburg.?) ep. *Cum causam — assensisse.* (1181—85.) Ja. 9668. = c. 6. X. (5, 17.)
5. Eugenius III. *Super eo quod — careant.* (1145—53.) Ja. 6686. = c. 2. X. (5, 17.)
6. Alex. III. Claremont. ep. *In litteris tuis — liberari.* (1159—81.) Ja. 8920. = c. 5. X. (5, 17.)

7. Idem Lucen. P. C.: Consuluit[1]. De secunda vero[2] questione hoc tuam uolumus discretionem tenere, quod propinqui eius, quem pro manifestis excessibus, uidelicet homicidio, incendio, uiolenta iniectione manuum[3] in clericos, uiolatione[4] multarum ecclesiarum et incestu, uinculo excommunicationis astringis, monendi sunt, ut pro eo[5] satisfactionem[6] exhibeant. Quod si fecerint, quia[7] laborans in extremis, prestito iuramento per presbiterum meruit ab excommunicationis sententia relaxari[8] in[9] cimiterio poterit[10] sepeliri. Si autem propinqui[11] tuis acquiescere monitis contradixerint, quia iam[12] non est purgatum peccatum, defuncto neganda[13] est ecclesiastica sepultura.

Lib. V. Tit. XI. 2. 1) *Lips.* VIII, 4; *Cass.* XX, 11. — c. 12. (1148.) 2) militum: *P orig.* 3) *add.:* militum: *R; deest: orig.* 4) ostentationem: *PR;* ostensionem: *orig.* 5) mortes hominum: *PR;* mortes corporum: *orig.* 6) et alia sepe: *R;* sepius: *orig.* 7) animarum per.: *P;* et animarum: *orig.* 8) prouenerunt: *orig.* 9) caesus uel mort : *ib.* 10) ei uiat.: *R;* penitentia ei et uiat.: *orig.*

2. Idem S. Laurentii in Lucina presb. cardin. ap. sed. legato. *Offitii — iniungi.* (1209.) Reg. Bal. XI, 262; Po. 3660. = c. 9. X. (5, 38.)

TIT. XXI. DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS[1].

1. Idem archiep. decano et precentori Lundon. *Cum pro causa — cogatis.* (1198.) Po. 549. = c. 27. X. (5, 39.)
2. Idem abb. S. Andreae. *A nobis est — compellantur.* (1199.) Reg. Bal. II, 61; Po. 690. = c. 28. X. (5, 39.)
3. Idem Wratislau. ep. *Nuper a nobis — sacerdote.* (1190.) Reg. Bal. II, 66; Po. 700. = c. 29. X. (5, 39.)
4. Idem doctorib. decretor. Bonon. *Inter alia — fuit.* (1200.) Po. 1107. = c. 31. X. (5, 39.)
5. Idem. *Cum illorum absolutio — potestate.* (1201.) Po. 1326. = c. 32. X. (5, 39.)
6. Idem ep. Pistor. *De monialibus — absoluantur.* (1202.) Reg. Brequ. V, 1; Po. 1620. = c. 33. X. (5, 39.)
7. Idem uniuersis Cruce signatis. *Si uere uos — euitare.* (1203.) Po. 1947. = c. 34. X. (5, 39.)
8. Idem Lundon. ep. *Ut famae tuae — clericorum.* (1203.) Reg. Brequ. VI, 183; Po. 2038. = c. 35. X. (5, 39.)
9. Idem Strigon. archiep. *Quod in dubiis — incurrunt.* (1198.) Reg. Bal. I, 381; Po. 390. = c. 30. X. (5, 39.)
10. Idem Bracchar. archiep. *Contingit interdum — reformari.* (1206.) Reg. Brequ. IX, 4; Po. 2693. = c. 36. X. (5, 39.)
11. Idem Lon. ep. *Relatum est nobis — absoluendi.* (1206.) Reg. Brequ. IX, 11; Po. 2653. = c. 37. X. (5, 39.)
12. Idem Nidros. archiep. *Sacris est canonibus — impendatur.* (1200.) Po. 1128. = c. 38. X. (5, 39.)
13. Idem Assisinati ep. *Sicut nobis tuis — euitari.* (1199.) Reg. Bal. II, 166; Po. 3387. = c. 39. X. (5, 39.)
14. Idem Senon. archiep. *Per tuas nobis — denegaret.* (1203.) Reg. Brequ. V, 157; Po. 1830. — c. 40. X. (5, 39.)
15. Idem C. S. Laurentii in Lucina presb. cardin. ap. sed. leg. *Offitii — debet.* (1209.) Reg. Bal. XI, 262; Po. 3660. = c. 42. X. (5, 39.)
16. Idem Ferrar. ep. *Responso nostro — deliniri.* (1209.) Reg. Bal. XI, 267; Po. 3666. = c. 43. X. (5, 39.)

Lib. V. Tit. XXI. 1) et excommunicatione: *h*

17. Idem. *Inquisitioni tuae — uoluisti.* (1209.) Reg. Bal. XI, 269; Po. 3668. = c. 44. X. (5. 39.)

TIT. XXII. DE PRESBITERO NON BAPTIZATO.

Un. Idem Ferrar. ep. *Veniens ad apostolicam — probaretur.* (1206.) Reg. Brequ. IX, 54; Po. 2749. = c. 3. X. (3, 43.)

TIT. XXIII. DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

1. Idem Colibr. (Colimbriensi) et aliis epp. in regno Portugalliae constitutis. *Cum in partibus — obseruari.* (1199.) Reg. Bal. I, 554; Po. 592 — c. 17. X. (5, 40.)
2. Idem Altissiodor. (Autissid.) ep. *Cum tibi de — intestati.* (1202.) Reg. Brequ. V, 40; Po. 1796. = c. 18. X. (5, 40.) c. 13. X. (3, 26.)
3. Idem capit. et prepos. Placentin. *Cum clerici — obligatur.* (1203.) Reg. Brequ. VI, 146; Po. 1956. = c. 19. X. (5, 40.)
4. Idem priori S. Fridiani Lucan. *Querenti quid — expedire.* (1198—1205.) Po. 3868. = c. 20. X. (5, 40.)
5. Idem Cesaraug. ep. *Quid per noualis — prouentus.* (1207.) Reg. Bal. X, 110; Po. 3164. = c. 21. X. (5, 40.)
6. Idem abb. de Alcobatia et F. et P. monach. Alcobatiae. *Venerabili fratre nostro — obtento.* (1198.) Reg. Bal. I, 242; Po. 230. = c. 22. X. (5, 40.)
7. Idem abb. S. Genouefae dec. et cancell. Parisiensib. *Ex parte in Christo — prebeatur.* (1205.) Reg. Brequ. II, 2, 674; Po. 2467. = c. 23. X. (5, 40.)
8. Idem comitissae Blessen. *Cum olim pro — celari.* (1207.) Reg. Bal. X, 66; Po. 3110. = c. 24. X. (5, 40.)
9. Idem archid. et preposito de Secam subdiac. nostro canonico Mediolan. *Dudum beatae memoriae — ostendatur.* (1207.) Reg. Bal. X, 57; Po. 3093. = c. 16. X. (2, 23.)
10. Idem ep. et cantori Atrebat. *Abbate S. Siluani — assumi.* (1209.) Po. 3718. = c. 25. X. (5, 40.)

COMPILATIO QUARTA DECRETALIUM.

LIBER PRIMUS.

TIT. I. DE FIDE CATHOLICA[1].

1. Innocent. Papa III. in concilio generali constit. I. *Firmiter credimus — peruenire.* c. 1. Conc. Later. IV. (1215.) = c. 1. X. (1, 1.)
2. Idem eodem const. *Dampnamus ergo — insana.* c. 2. ib. = c. 2. X. (1, 1.)

TIT. II. DE RESCRIPTIS[1].

1. Innocent. III. Rothomag. archiep. *Cum contingat interdum — iudicare.* (1210.) Reg. Bal. XIII, 127; Po. 4072. = c. 24. X. (1, 3.)
2. Idem S. de Vallibus magistro, G. et P. de Fimiscano (leg.: Fimiis; add.: canonicis Laudunensib.: Reg.) *Olim ex litteris — fides.* (1212.) Reg. Bal. XV, 6; Po. 4400. = c. 25. X. (1, 3.)
3. Idem Imolensi ep. *Dilectus filius abbas — remota.* (1198—1215.) Po. 5026. = c. 26. X. (1, 3.)
4. Idem ep. Veratismensi (Wratislauiensi). *Postulasti per sedem ap. — mentionem.* (1214.) Reg. Bal. XVI, 165. = c. 27. X. (1, 3.)
5. Idem in Conc. Later. const. 37. *Nonnulli gratia sedis — mandatum.* (1215.) = c. 28. X. (1, 3.)

TIT. III. DE ELECTIONE[1].

1. Idem. *Coram dilecto filio — obseruari.* (1198—1215.) Po. 5027. = c. 35. X. (1, 6.)
2. Idem Parmensi ep. et eius coniudicibus. *Bonae memoriae S. — curetis.* (1215.) Po. 4989. = c. 36. X. (1, 6.)
3. Idem Bisuntino archiep. et suffraganeis eius. *Cum ad nostram nuper notitiam — irritari.* (1199.) Reg. Bal. I, 523; Po. 571. = c. 37. X. (1, 6.)
4. Idem in Reg. C. tit. S. Laurentii in Lucina presb. cardin. sed. ap. legat. *Offitii tui — malignorum.* (1209.) Po. 3360. = c. 38. X. (1, 6.)
5. Idem. *Illa cottidiana — inciderunt.* Capit. et uniuerso clero Magdeburgensib. (1207.) Reg. Brequ. IX, 261; Po. 3004. = c. 39. X. (1, 6.)
6. Idem mag. Maximo notario nostro. *Scriptum est in — celebratam.* (1212.) Reg. Bal. XV, 156; Po. 4580. = c. 40. X. (1, 6.)

7. Idem Atrebaten. Episc. et Abbati S. Bertini Morien. dioc. et S. de Vallib. canonico Laudun.[1] Ad nostram presentiam accedentes dilecti filii prepositus, archidiaconus et quidam alii canonici Ambianenses in auditorio nostro proponere curauerunt, quod cum eorum ecclesia suo esset destituta pastore, et capitulum ecclesiae eiusdem tractaturum de substitutione pontificis conuenisset, compromiserunt in tres unanimi uoluntate, qui prestito iuramento[2] singulorum inquirerent uoluntates, et eum, in quem sanior pars capituli conueniret, ab eis eligendum, in pontificem nominarent, et omnes tenerentur ipsum recipere appellatione postposita in pastorem, quem illi decernerent eligendum, quibus etiam interpretari concesserant[3], que pars esset potior nominanda. Cum ergo ipsi arbitri uoluntates canonicorum omnium quesiuissent, ei ad cuius spectabat offitium, preceperunt, ut decanum eiusdem ecclesiae ipsis[4] in patrem eligerent[5] et pastorem. Verum, quia compromissio ipsa[6] impositione[7] iuramenti fuit[8] firmata, quidam eorum in eundem consenserunt expresse, sed ipsi cancellarius et cantor eiusdem

Lib. I. Tit. I. 1) de summa Trinit.: *ab*
Tit. II. 1) *add.:* et eorum interpretationibus: *b*
Tit. III. 1) *add.:* et electi potestate: *b*
7. 1) *Dat.* VII. *Non. Mart.* VIII. (1205.) *Reg. Brequ.* II, 2, 688; *Po.* 2481. 2) *add.:* corporaliter: *Reg.* 3) concesserunt: *Reg.* 4) ipsi: *h* 5) eligeret: *Reg.* 6) ipsi: *Reg.* 7) interpositione: *bcd* 8) fuerat: *Reg.*

ecclesiae ac quidam alii distulerunt adhibere consensum, pro eo quod dictus decanus esset impotens euidenter ad episcopale offitium exercendum, cum de ipsius non posset ualetudine dubitari. Unde cum instantia indutias a suis canonicis[9] postularunt, ut apostolicam sedem consulerent, an ratione prestiti iuramenti eundem decanum tam imbecillem et confractum senio recipere tenerentur, uel ab eo possent licite dissentire, religione iuramenti prestiti non obstante *et infra*[10].

Lib. IV. Tit. III. 7. 9) concanonicis: *Reg.* 10) *hoc loco desiderantur:* Cumque deliberandi et consulendi superiorem inducias non possent ab eis ullatenus obtinere, ne prima facie obici posset eisdem, quod periurii maculam incurissent, infamiae huiusmodi metu quidam eorum in predictum decanum consenserunt expresse, quibusdam aliis sustinentibus, qui non fuerant requisiti ceterum, cum pars aduersa electionem ipsius a uenerabili fratre nostro ... Remensi archiepiscopo, sanctae Romanae ecclesiae cardinali, apostolicae sedis legato, peteret confirmari, ipsi denuntiarunt eidem, quod dictus decanus impotens esset ad pontificale offitium peragendum, et causas impotentiae assignantes, ipsi archiepiscopo humiliter supplicarunt, ut ipsius decani diligenter examinaret personam, parati defectum eiusdem etiam per testes idoneos edocere, Iohanne, canonico Sancti Firmini, ne illius confirmaretur electio, ad sedem apostolicam appellante, ac promittente se, ubi deberet, illius impotentiam probaturum, appellationi suae termino assignato; at archiepiscopus supra dictus tam ipsis, quam decano prefato diem Parisiis assignauit, in quo illius se conspectui presentarent et idem ipsius decani personam examinari faceret diligenter. Sed dictus archiepiscopus ad locum prefixum, statuto termino, non accedens, uenerabili fratri nostro, Beluacensi episcopo et dilectis filiis, magistris R. de Corthon et R. de Ablegiis suis dedit litteris in mandatis, ut, si memoratum decanum uiderent idoneum, auctoritate ipsius eundem, contradictione et appellatione postposita, confirmarent. Delegatis ergo eisdem in iudicio residentibus, et commissione prefati archiepiscopi in publicum recitata, prefatus prepositus, Andreas, presbiter et magister I. Sancti Firmini Ambianensis canonicus et I. de Scalaphai, exhiberi sibi litteras memoratas cum instantia postularunt, ut deliberare ualerent an illi possent electionem confirmare predictam. Verum, cum iidem eis litterarum copiam denegassent, ipsi, salua exceptione de litteris non ostensis, coram delegatis predictis proponere curauerunt, quod electio decani non erat aliquatenus confirmanda, eo quod cessio ... quondam Ambianensis episcopi, nequaquam tenuerit, utpote citra formam canonicam et mandatum apostolicum celebrata, cum ipsam illi quibus non fuerat licitum, recepissent. Proposuerunt preterea, quod dictus decanus impotens erat ad pontificale offitium exequendum, cum manus ita tremulas habeat, quod sine scandalo et periculo explere non ualeat offitium sacerdotis et quasdam distributiones, que fiunt in Ambianensi ecclesia, longo tempore absens percepit, quas nullus censuerit recipere nisi presens, uel ualetudine pregrauatus. Adiecerunt insuper contra eum, quod litterae, que nomine capituli fuerant presentatae, per quas confirmatio petebatur, fuerant captata eorum absentia destinatae, que omnia parati erant, ubi deberent, plenius edocere. His igitur rationibus allegatis, tam idem prepositus pro se ac sociis suis, quam predicti Andreas et magister I. ad sedem apostolicam appellarunt et dominicam qua cantatur „Inuocauit me" appellationis suae terminum prefigentes, delegatis predictis auctoritate apostolica inhibere curarunt, ne prefatam electionem presumerent confirmare, contra ipsum decanum, ne ipsam electionem reciperent, nichilominus prouocantes. De ipsius debilitate coram nobis etiam replicarunt, quod cum idem decanus coram bonae memoriae W. Remensi archiepiscopo fuisset a capitulo accusatus, quod horis canonicis minime interesset, se sufficienter propter debilitatem et senium excusauit. Addiderunt etiam, quod iam sunt quattuor anni elapsi, ex quo idem decanus in maiori ecclesia missarum solempnia nec priuatim nec publice celebrauit, et idem multoties talem sustinuit in celebratione missarum defectum, quod in ipsa consecratione eucharistiae oportuit eum discedere ab altari, et debilitatus est nimium nichilominus eius uisus. Unde petebant electionem ipsius, utpote de persona inutili celebratam, omnino cassari, cum offitium exsequi nequeat sacerdotis. Dilectus uero filius ... abbas Sancti Iudoci procurator ipsius decani, proposuit ex aduerso, quod, cum sede Ambianensi uacante, die statuto electioni, capitulum eiusdem ecclesiae pariter conuenisset, in tres personas communi compromiserunt assensu, sicut superius est expressum, qui recepto a singulis iuramento, quod bona fide de substituendo pastore suas exprimerent uoluntates, illam personam de gremio ecclesiae, in qua pars senior consentiret, eisdem in pastorem faceret nominari, et ipsi secundum quod pars aduersa proposuit, possent que pars esset potior iudicare cum eadem fere in omnibus super forma conueniens compromissi, quam etiam nobis exhibuit sigillo capituli, de communi uoluntate omnium, sicut dicitur, communitam. At ipsi arbitri, examinatis uoluntatibus singulorum et deliberatione habita diligenti, memoratum decanum nuntiare capitulo in episcopum eligendum; cuius electio, licet quidam ab initio dubitarint, fuit postmodum ab omnibus approbata, et ipsam capitulum per suos nuntios presentauit memorato archiepiscopo confirmandam. Verum archiepiscopus ipse, pro eo, quod illi tunc eidem litteras tantum de credentia presentarunt, in quibus non continebatur series rei gestae, ipsam electionem distulit confirmare. Cumque postmodum idem et alii solempnes nuntii, cum patentibus litteris eiusdem capituli capitulum processum totius negotii continentibus, se die statuto Remis eiusdem conspectui presentassent et confirmationem electionis ex parte capituli postulassent instanter, prefatus prepositus, M. cancellarius, Bodinus, I. de Cruce et Walterus de Bolencort, qui consenserant electioni prefatae, et ab eodem archiepiscopo requisiti se consensisse, ac etiam tunc consentire publice sunt confessi, denuntiarunt eidem, quod, licet persona ipsius electi conuersatione posset et scientia merito commendari, erat tamen in senio et infirmitate grauata, quod omnino non erat ad episcopatus regimen assumenda, cum sacerdotale offitium exequi non ualeret. Licet autem de prudentia et honestate ipsius prefatus archiepiscopus nullatenus dubitaret, et de modo electionis ipsius, tam per uiuas uoces arbitrorum duorum et aliorum, quibus erat fides merito adhibenda, quam etiam per tertii arbitri et capituli litteras constaret eidem, quia tamen quod idem esset impotens ad exequendum pontificale offitium, fuerat propositum coram eo, ne quid de contingentibus ommittere uideretur, uel in tanto negotio minus quam deceret procedere circumspecte, Sabbato proximo post Epiphaniam proximo preteritam eidem Parisius terminum assignauit, ut et ipsius frueretur alloquio, et personam eius inspiceret diligenter. Verum, quia idem archiepiscopus, quibusdam aliis urgentibus negotiis occupatus, ibidem predicto termino non potuit interesse, nec tunc memoratum negotium expedire, uices suas duxit prefatis iudicibus demandare, firmiter eisdem iniungens, ut electionem prefati decani, nisi tantam ipsius cernerent impotentiam, quod repelli de iure deberet, omni contradictione et appellatione postposita, cum contradictio et appellatio fuisset in forma compromissionis exclusa, freti auctoritate ipsius, quantocius confirmarent, contradictores, si qui post confirmationem existerent, uel rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescentes, et si omnes interesse non possent, memoratus episcopus cum eorum altero ea nichilominus exequi procuraret. Cum ergo prefatus episcopus sicut in ipsius et magistrorum dictorum litteris perspeximus contineri, tam propriis quam ipsius archiepiscopi negotiis impeditus, die prefixo pro mandato archiepiscopi exequendo Parisius accedere minime potuisset, ibidem cum coniudicibus die sequenti aduenit, coram quibus memorato electo et capituli nuntiis confirmationem petentibus constitutis, prenominati prepositus et archidiaconus cum quibusdam canonicis suis, qui electioni prefatae non contradicebant expresse, denuntiando dixerunt, quod ipsius decani non debebat electio confirmari, tum quia resignatio ... quondam Ambianensis episcopi, non tenebat, tum quia impotens erat persona electi, tum etiam quia non poterat ipsis huiusmodi rei confirmatio delegari, exhiberi sibi commissionis litteras cum instantia postulantes, et nitentes, ne predicta confirmaretur electio modis quibuslibet impedire, sepe dicto preposito cum duobus aliis, qui non erant de

Nos igitur his, et aliis diligenter auditis, que partes coram nobis proponere uoluerunt, de communi consilio fratrum nostrorum ita[11] duximus prouidendum, discretioni uestrae per ap. scripta mandantes[12], quatinus, quia debilitas corporis, que[13] contra dictum electum opponitur, cum in ceteris sufficiens reputetur, per ipsam inspectionem oculata fide potest melius comprehendi[14], uos, quibus in hac parte uices nostras committimus, cum de uestrae discretionis prudentia plurimum confidamus, adhuc iterum ad maiorem cautelam faciatis uobis eundem electum presentari[15], et Deum[16] habentes pre oculis inspiciatis diligenter in eo circumstantias uniuersas, et nisi eum uideritis tanta debilitate grauatum, ut episcopale offitium non ualeat exercere, uos omni appellatione cessante metropolitano suo firmiter iniungatis, ut eum non differat consecrare[17]. Quod si tanta debilitate laborat, ut ad pontificale offitium exequendum impotens habeatur, faciatis illum auctoritate nostra cessare[18].

8. Idem in conc. generali const. XXIII. *Ne pro defectu—ultionem.* Conc. Later. III. (1215.) = c. 41. X. (1, 6.)

9. Idem in eod. const. XXIV. *Quia propter — publicetur.* Ib. = c. 42. X. (1, 6.)

10. Idem in eod. const. XXV. *Quisquis electioni — priuati.* Ib. = c. 43. X. (1, 6.)

11. Idem in eod. const. XXVI. *Nichil est quod — consueuerunt.* Ib. = c 44. X. (1, 6.)

TIT. IV. DE USU ET AUCTORITATE[1] PALLII.

Un. Idem. *Cum sis in partibus — exercere.* Ep. Innocentii III. (1198—1215.) Po. 5034. = c. 6. X. (1, 8.) c. 5. X. (3, 40.)

TIT. V. DE RENUNTIATIONE.

Un. Idem in conc. Later. const. XXVIII. *Quidam cedendi licentiam — compellendos.* C. Lateran. IV. (1215.) = c. 12. X. (1, 9.)

TIT. VI. DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRELATORUM.

1. Idem. *Licet dilecti filii — ordinare.* Ep. Innoc. III. Eliensi et Cicestrensi episcopis et archidiac. de Northampton. (1198—1215.) Po. 5035. = c. 3. X. (1, 10.)

2. Idem in registro P. de Castro nouo et R. monacho Fontis frigidi, ap. sed. legato. *Litteras uestrae discretionis — ordinare.* (1204.) Reg. Brequ. VII, 165; Po. 2337. = c. 4. X. (1, 10.)

ipsius ecclesiae gremio, ne delegati prefati ultra procederent, ad nostram audientiam prouocante. At nuntii capituli proposuerunt econtrario coram eis, quod prepositus et archidiaconus memorati cum sociis suis interfuerunt et consenserunt resignationi predictae, et compromissionem de substituendo pastore una cum aliis iuramento corporaliter prestito, approbarunt. Postmodum etiam, licet a principio de ipsius electi contradicendo impotentia obiecissent, et super hoc fuisset aliquantulum disputatum, approbarunt tamen eamdem, et consentientes in eum, pro confirmatione ipsius una cum aliis ad memoratum archiepiscopum nuntios destinarunt. Unde iidem non erant aliquatenus audiendi, utpote qui, turpitudinem propriam allegantes, et ad id cui renuntiauerant recurrentes, uiderentur sacramentis et confessionibus propriis obuiare. Proposuerunt etiam nuntii supradicti, quod eis instrumenti exhibitio fieri non debebat, eo quod cognitio causae ipsis non erat sed tantum executio demandata. Nec eorum interesset etiam ex iusta et rationabili causa, si forsitan interesset ad uocem illorum, quibus exceptio iurisiurandi, de qua per probationes oblatas statim constare poterat, obuiabat, uel etiam aliorum, qui non erant de ipsius ecclesiae gremio de illius impotentia perscrutari, sed tantum metropolitano eisdem offitio delegato. Cum ergo ipsi, habito super his omnibus prudentum uirorum consilio, parati essent eisdem instrumenti copiam exhibere, ac preciperent ipsis, ut sequenti die coram eis hora statuta parerent, audituri et facturi quod ordo posceret rationis, prepositus et archidiaconus supra dicti cum sociis suis ad sedem apostolicam appellantes, ab eorum presentia contumaciter recesserunt. Verum delegati predicti in crastinum conuenientes hora prefixa uenerabilem fratrem nostrum ... Dublinensem archiepiscopum et dilectos filios ... cantorem ... cancellarium, et quamplures alios magistros Parisienses, ad suam presentiam uocauerunt, cum quibus communicato consilio, cum fide oculata constitisset eisdem memoratum decanum sufficientem ad offitium sacerdotis, et idem eadem die ipsis et multis aliis presentibus diuinum offitium celebrasset, quod in eorumdem iudicum litteris perspeximus contineri, testes idoneos, quos adduxerat secum Parisius, receperunt, qui dixerunt eumdem una die hiemis post natalem domini, et ante festum epiphaniae per septem leucas uel amplius, totidem die sequenti, ac decem uel amplius tertio, commode perrexisse. Cum igitur eisdem de inquisitione ipsis iniuncta, et aliis, que nuntii prefati capituli proponebant, plenius constitisset, contradictioni et appellationi eorum, cum fuissent inhibitae, duxerunt nullatenus deferendum prefatam electionem communi assensu, cum mora trahere ad se periculum uideretur, auctoritate prefati archiepiscopi confirmantes, et decernentes contradictores pariter et rebelles, si qui de cetero apparerent, excommunicationis sententiae subiacere. Litteras quoque capituli Ambianensis predictus nobis exhibuit procurator, in quibus perspeximus contineri quod licet idem decanus anno preterito graui egritudine laborasset, sanitati tamen modo pristinae restitutus, debitum potest plene offitium exercere. Exhibuit insuper multorum abbatum sigillis litteras communitas, qui nobis humiliter supplicabant, ut confirmationem de ipso per predictos iudices celebratam ratam et firmam dignaremur habere, cum in ipso nec corporis uigor deficiat, nec feruor deuotionis et fidei elanguescat: *Reg.* 11) ita: *deest: abcd* 12) *add.:* precipiendo: *Reg.* 13) que sola: *Reg.* 14) deprehendi: *Reg.* 15) *add.:* personaliter: *Reg.* 16) eum: *ah* 17) cons. contradictores etc.: *Reg.* 18) cass. precipientes Ambianensi etc.: *Reg.*

Lib. I. Tit. IV. 1) et actione: *h;* et auct.: *deest: acd*

TIT. VII. DE TEMPORIBUS ORDINANDORUM.

Un. Idem Leoniensi et Salebr. abbatib. *Dilectus filius W. — obtinere.* Laoniens et Findbar. episcopos et abbatem de Magno Limiricensis dioces. (1211.) Reg. Bal. XIII, 195; Po. 4163. = c. 15. X. (1, 11.)

TIT. VIII. DE ETATE ET QUALITATE ORDINANDORUM[1].

1. Idem Rothomag. archiep. *Cum contingat interdum — confertur.* (1210.) Reg. Bal. XIII, 127; Po. 4072. = c. 11. X. (1, 14.)
2. Idem. *Intelleximus quod — expectare.* R. abbati S. Martin. Laudunens. premonstrat. ordinis. (1210.) Reg. Bal. XIII, 4; Po. 3918. = c. 12. X. (1, 14.)
3. Idem. *Accepimus te nostris — audiendas.* (1198—1215.) Po. 5036. = c. 13. X. (1, 14.)
4. Idem in conc. gen. const. XXVII. *Cum sit ars — cadunt.* C. Lateran. IV. (1215.) = c. 14. X. (1, 14.)

TIT. IX. DE FILIIS[1] PRESBITERORUM.

Un. Idem in eod. const. XXXI. *Ad abolendam — suspendantur.* Ib. = c. 16. X. (1, 17.)

TIT X. DE BIGAMIS[1].

Un. Idem D. Lundensi archiep. ap. sed. leg. *Quia circa minima — dispensare.* (1213.) Reg. Bal. XVI, 118; Po. 4820. = c. 6. X. (1, 21.)

TIT. XI. DE OFFITIO ARCHIDIACONI.

1. Idem. *Ad hec nos — amouendus.* (1198—1215.) Po. 5031. = c. 7. X. (1, 23.)
2. Idem. *Significasti — interdicas.* Taruisin. ep. (1199.) Reg. Bal. II, 183; Po. 835. = c. 8. X. (1, 23.)
3. Idem. *Ut nostrum — sede.* (1198.) Mediolan. archiep. Reg. Bal I, 368; Po. 377. = c. 9. X. (1, 23.)

TIT. XII. DE OFFITIO IUDICIS DELEGATI.

1. Idem Veronensi ep. *Cum olim questio — generare.* (1204.) Reg. Brequ. VI, 202; Po. 2079. = c. 7. X. (2, 12.)
2. Idem preposito S. Dominici subdiac. nostro. *Cum R. canonicus — procuret.* (1198—1215.) Po. 5032. = c. 35. X. (1, 29.)
3. Idem Rothomag. archiep. *Cum contingat — decernatur.* (1210.) Reg. Bal. XIII, 127; Po. 4072. = c. 36. X. (1, 24.)
4. Idem Decano de Etton. et Priori de Aqua-Bella Maurianensis dioc.[1] Constitutus in presentia nostra dilectus filius V.[2] clericus, procurator uenerabilis fratris nostri Maurianensis episcopi, auribus nostris intimauit, quod C.[3] et R. clerici Maurianensis diocesis contra dominum suum ad iudices certa ratione suspectos commissionis litteras impetrarunt, quorum alter est aduersarius manifestus, ut pote qui partem episcopatus sui ei auferre molitur, super quo adhuc pendet questio inter eos, aduersus[4] alterum, iustam causam suspicionis asserunt[5] se legitime probaturum. Ideoque discretioni uestrae per ap. scripta mandamus, quatinus[6] si dictus episcopus contra prefatos[7] iudices coram arbitris, quos hinc inde duxerint eligendos, iustam causam suspicionis legitime probauerit[8], uos in commisso ipsis[9] negotio iuxta formam eis directam sublato appellationis obstaculo mediante iustitia procedatis, alioquin partes ad eorum iudicum remittatis examen.

TIT. XIII. DE OFFITIO IUDICIS ORDINARII.

1. Idem in conc. Later. const. VII. *Irrefragabili constitutione — uigilabit.* (1215.) = c 13. X. (1, 31.)
2. Idem in eod. constit. IX. *Quoniam in plerisque — repellendam.* (1215.) = c. 14. X. (1, 31.)
3. Idem in eod. constit. X. *Inter cetera — ultioni.* (1215.) c. 15. X. (1, 31.)

Lib. I. Tit. VIII. 1) de qualitate ordinandorum preficiendorum et ordinantium: *h*
Tit. IX. 1) fil. canonicorum uel: *b*
Tit. X. 1) *add.:* non ordinandis: *b*
Tit. XII. 4. 1) *dat.* V. *Non. Mart.* IX. (1206.); *Reg. Brequ.* II, 2, 846. *Po.* 2700. 2) Umbertus: *Reg.* 3) T.: *Reg.* 4) et alter adu.: *b;* et unus adu.: *h* 5) asserit: *bc* 6) quod: *h* 7) predictos: *Reg.* 8) probaturos: *h;* comprobarit: *Reg.* 9) ipsius: *bd*

TIT. XIV. DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

1. Idem. *Quod super his — exhibere.* Rosanens. ep. (1199.) Reg. Bal. II, 261; Po. 919. = c. 9. X. (1, 33.)
2. Idem S. Stephani et S. Proculi abbatibus Bonon. *Cum in ecclesiis — excludatis* (1198—1215.) Po. 5030. = c. 10. X. (1, 33.)

TIT. XV. DE PACTIS.

Un. Idem constit. XL. *Plerique sicut accepimus — reddatur.* Conc. Lateran. IV. (1205.) = c. 7. X. (1, 35.)

TIT. XVI. DE PROCURATORIBUS.

1. Idem. *Cum pro causa — accessisse.* Ep. Innoc. III. archiep. decano et precentori Lugdunensibus. (1198.) Reg. Bal. I, 319; Po. 549. = c. 6. X. (1, 38.)
2. Idem scolaribus Parisiensib. *Quia in causis — facultatem.* (1203.) Po. 2075. = c. 7. X. (1, 38.)

TIT. XVII. DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

Un. Idem. *Suscitata super diuersis — memorato.* Zamorensi et Legionensibus episcopis. (1210.) Reg. Bal. XIII, 59; Po. 3981. = c. 6. X. (1, 41.)

TIT. XVIII. DE ARBITRIS.

1. Idem in conc. Later. constit. XL. *Contingit interdum — arbitretur.* (1215.) = c. 8. X. (1, 43.)
2. Idem Pisano archiep. *Per tuas nobis litteras — delegata.* (1214—15.) Po. 4957. = c. 9. X. (1, 43.)

LIBER SECUNDUS.

TIT. I. DE IUDICIIS.

1. Idem pontificat. sui anno IX. *Causam que — procedatis.* Ep. Innoc. III. (1206—7.) Po. 3018. = c. 18. X. (2, 1.)
2. Idem. *Cum inter dilectos filios — extendatur.* (1198—1216.) = c. 5. X. (2, 25.)

TIT. II. DE FORO COMPETENTI.

1. Idem Beluacensi ep. *Cum contingat—uindicare.* (1210.) Po. 4006. = c. 13. X. (2, 2.)
2. Idem comiti Tolosae. *Super quibusdam — respondere.* (1210.) Reg. Bal. XII, 155. Po. 3886. = c. 26. X. (5, 40.)
3. Idem Seuicensi (leg.: Slesuicensi) ep. *Postulasti per sedem — facienda.* (1213.) Reg. Bal. XVI, 26; Po. 4722. = c. 14. X. (2, 2.); c. 21. X. (5, 12.)

4. Idem in registro[1]. Licet quedam[2] legalis sanxit[3] auctoritas, ut quis debeat in sua prouincia conueniri, apostolicae non preiudicat potestati, quo minus controuersias subditorum, et quibus et ubi[4] uoluerit[5], ualeat delegare. Sic tamen sedes apostolica auctoritatem propriam moderatur[6], ut plus quod expediat, quam quod liceat attendens, potentiam suam publicae utilitati conformet ibique[7] causas, que fuerint ad ipsam delatae, deleget, ubi sine grauamine partium poterint[8] pertractari[9].

Lib. II. Tit. II. 4. 1) *Archiepiscopo et epp. et ecclesiar. prelatis et uniuersis clericis per Sardiniam constitutis. dat. V. Id. Mart. VI. (1203.) Reg. Brequ.* II, 1, 244; *Po.* 1858. 2) quidem: *d;* quod: *Reg.* 3) sancit: *h* 4) ubicunque: *abc* 5) uoluerint: *Reg.* 6) moderetur: *bcd* 7) ubique: *bd* 8) poterit: *abcd;* poterunt: *Reg.* 9) pert. Ea propter uestris etc.: *Reg.*

TIT III. DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

1. Idem. *Olim uobis dedisse — alienis.* Burgens. et Palens. epp. (1198.) Reg. Bal. I, 239; Po. 222. = c. 16. X. (2, 13.)
2. Idem. *Olim inter te — fuisse.* (1201.) Po. 1543. = c. 17. X. (2, 13.)
3. Idem in conc. Later. constit. XXXIX. *Sepe contingit — succurratur.* (1215.) = c. 18. X. (2, 13.)

TIT. IV. DE DOLO ET CONTUMACIA.

1. Idem. *Veritatis est uerbum — presumpsit.* (1199.) Po. 933. = c. 8. X. (2, 14.)
2. Idem in conc. Later. constit. XL. *Contingit interdum — possessor.* (1215.) = c. 9. X. (2, 14.)

TIT. V. DE CONFESSIS.

Un. Idem. *Cum uenerabilis — absoluendos.* Ep. Innoc. III. abbati et monachis Farfensibus. (1206.) Reg. Bal. XII, 92; Po. 3791. = c. 6. X. (2, 25.)

TIT. VI. DE PROBATIONIBUS.

1. Idem. *Dilectus filius Iacob — puniri.* Ep. et Geruasio archidiac. Suesson. et abb. Vallis clarae Cist. ordin., Laudun. dioces. (1211.) Reg. Bal. XIII, 196; Po. 4164. = c. 11. X. (5, 37.)
2. Idem Tiburtino ep. *Per tuas nobis litteras — uxorem.* (1210.) Reg. Bal. XIII, 181; Po. 4136. = c. 10. X. (2, 19.)
3. Idem in conc. Later. const. XXXVIII. *Quoniam contra falsam — documentis.* (1215.) = c. 11. X. (2, 19.)

TIT. VII. DE TESTIBUS[1].

1. Idem archidiac. Mediolanensi. *Cum contra magistrum — perhibere.* (1198—1215.) Po. 5029. = c. 9. X. (2, 21.)
2. Idem. *Albericus miles nobis — faciatis.* (1198—1216.) = c. 43. X. (2, 20.)
3. Idem Beluacensi ep. *Cum in tua diocesi — casu.* (1212.) Reg. Bal. XV, 184; Po. 4614. = c. 44. X. (2, 20.)
4. Idem. *Constitutus in nostra — cessare.* Neapol. archiep. (1213.) Reg. Bal. XVI, 139; Po. 4844. = c. 45. X. (2, 20.)
5. Idem Magdeburgensi archiep. et preposito Seburg. *Constitutis in presentia — producendis.* (1201.) Po. 1376. = c. 46. X. (2, 20.)
6. Idem in conc. Later. constit. LII. *Licet ex quadam — separare.* (1215.) c. 47. X. (2, 20.)

TIT. VIII. DE FIDE INSTRUMENTORUM.

Un. Idem Petro ciui Biteruiensi. *Cum Iohannes Eremita — confirmandam.* (1206—9.) Po. 3872. = c. 10. X. (2, 22.)

TIT. IX. DE IUREIURANDO.

1. Idem. Beluac. ep. *Cum contingat — eternae.* (1210.) Po. 4006. = c. 28. X. (2, 24.)
2. Idem. *Sicut — promisit.* = c. 29. X. (2, 24.)
3. Idem in conc. Later. constit. XLIII. *Nimis de iure — iuramentum.* (1215.) = c. 30. X. (2, 24.)

TIT. X. DE PRESCRIPTIONIBUS.

1. Idem dil. fil. Abbatib., Priorib., Templariis, Hospitalar. aliisque religiosis et aliis ecclesiarum Prelatis[1]. Significauit nobis uenerabilis frater noster Legionensis episcopus, quod cum idem, uel archidiaconus suus diocesim suam uisitant, iuxta quod offitium poscit pastorale, quidam uestrum prescriptionem seu etiam consuetudinem allegantes, procurationem debitam sibi denegant exhibere. Cum igitur in procurationibus, que ratione uisitationis debentur, nequaquam currat prescriptio, uniuersitati uestrae per ap. scripta precipiendo mandamus, quatinus eisdem uisitationis offitium exercentibus prescriptione nequaquam obstante uel alia causa irrationabili, sublato appellationis obstaculo debitam

Lib. II. Tit. VII. 1) *add.*: et attestationibus: *b*
Tit. X. 1. 1) dil. ... pret.: *deest: abcd;* (1198—1215.) *Po.* 5022.

procurationem impendatis, alioquin sententiam, quam idem propter hoc rationabiliter tulerit[2] in rebelles, ratam et firmam habebimus.

2. Idem[1]. Intellecto dudum per uenerabilem fratrem nostrum episcopum Perusinum, quod abbates in Perusina diocesi constituti causas matrimoniales audire, et de homicidiis et oppressionibus et aliis criminibus iniungere penitentias attemptabant, et remissiones etiam publicas populo facientes, et in parochialibus ecclesiis instituentes ac destituentes presbiteros, eodem episcopo minime requisito, excommunicabant ipsos presbiteros, et[2] in plerisque locis supponebant populum interdicto, quamquam in priuilegiis eis concessis huiusmodi iurisdictio non contineatur expressa, eis dedimus in mandatis, ut nisi ostenderint super hiis concessionem sedis apostolicae se habere, ac fore usos eadem, de cetero a predictis omnino cessarent consuetudine non obstante, que consuetudo dici non debet, sed pocius corruptela.

3. Idem in Conc. Later. constit. XLI. *Quoniam omne — alienae.* (1215.) = c. 20. X. (2, 26.)

TIT. XI. DE SENTENTIA ET RE IUDICATA.

1. Idem R. militi. *Cum te — notari.* (1212.) Reg. Bal. XV, 158; Po. 4587. = c. 23. X. (2, 27.)

2. Idem. *Ad probandum — prouideri.* (1198—1215.) Po. 5023. = c. 24. X. (2, 27.)

3. Idem. Abbati S. Stephani[1]. Cum[2] in presentia dilecti filii nostri B.[3] tit. sanctae Susannae presbiteri cardinalis quem tibi et C.[4] procuratori uenerabilis fratris nostri Wirzeburgensis[5] episcopi auditorem concessimus, constitutus proponere curasti, quod cum in abbatem monasterii S. Stephani fuisses electus, et electionem tuam noluisset episcopus predictus confirmare, ad uenerabilem fratrem nostrum Heistettensem episcopum et dilectum filium abbatem Halsbrunnensem commissionis litteras impetrasti. Cumque coram ipsis inter te et[6] quosdam monachos aduersarios tuos lis fuisset legitime contestata, quoniam pars aduersa non solum noluit comparere in terminis peremptorio constitutis[7], uerum etiam quendam alium in predictum monasterium intrusere, iudices ex parte tua receptis quibusdam testibus, te in possessionem causa rei seruandae mittentes, eum quem aduersarii tui duxerunt in monasterio intrudendum, cum omnibus fautoribus suis excommunicationis sententiae subiecerunt. Ad hoc[8] autem respondit[9] episcopi procurator, quod et tu per falsi suggestionem predictas litteras impetrasti[10], et inordinate processerant iudices memorati, quia cum inter te ac episcopum[11] fuisset causa commissa, ipso episcopo non citato contra predictos monachos, de quibus in commissione mentio non fiebat, post appellationem ad nos interpositam, presumpserunt[12] iudicium exercere. Non igitur his et aliis, que coram eodem cardinale fuerunt[13] proposita, plenius intellectis, tam id, quod de illo fuerat attemptatum, qui lite pendente per aduersarios tuos intrusus fuerat in abbatem, quam illud, quod te in possessionem causa rei seruandae iudices induxerant memorati, decernimus[14] irritum et inane[15].

TIT. XII. DE APPELLATIONIBUS[1].

1. Idem abb. S. Felicis et G. can. Bonon. *Oblatae nobis — procedi.* (1209.) Reg. Bal. XII, 81; Po. 3775. = c. 57. X. (2, 28.)

2. Idem. *Per tuas nobis litteras — diffinire.* (1198—1215.) Po. 5024. = c. 58. X. (2, 28.)

3. Idem in Conc. Later. constit. XXXV. *Ut debitus honor — referendis.* (1215.) = c. 59. X. (2, 28.)

4. Idem in eod. constit. XXXVI. *Cum cessante causa — retardetur.* = c. 60. X. (2, 28.)

5. Idem in eod. constit XLVIII. *Cum speciali — speciales.* = c. 61. X. (2, 28.)

Lib. II. Tit. X. 1. 2) tulerint: *h*
2. 1) ep. Castellano pontif. sui ao. XVII.: *h;* (1214—15.) *Po.* 4956. 2) et etiam: *h*
Tit. XI. 3. 1) *Henrico electo S. Stephani Herbipolensis. dat.* VI. *Id. Mart.* XIV. (1211.) *Reg. Bal.* II, 513. *Po.* 495. 2) cum olim: *Reg.* 3) Benedicti: *Reg.* 4) O.: *Reg.* 5) Werburgen.: *h* 6) ac: *Reg.* 7) etiam assignatis sed quendam: *Reg.* 8) hec: *Reg.* 9) responderant: *Reg.* 10) impetraras: *Reg.* 11) ipsum: *bc* 12) presumpserint: *acd;* presumpserant: *Reg.* 13) fuerant: *Reg.* 14) decreuimus: *Reg.* 15) inane ac de consensu etc.: *Reg.*
Tit. XII. 1) *add.:* et recusationibus: *b*

LIBER TERTIUS.

TIT. I. DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

1. Idem ep. Pictau. *Iohannes filius — deferre.* = c. 7. X. (3, 3.)
2. Idem in conc. Later. constit. XIII. *Ut clericorum — uti.* (1215.) = c. 13. X. (3, 1.)
3. Idem in eod. constit. XV. *A crapula — suspendatur.* = c. 14. X. (3, 1.)
4. Idem in eod. constit. XVI. *Clerici offitia — connexis.* = c. 15. X. (3, 1.)

TIT. II. DE PREBENDIS[1].

1. Idem Trecen. ep. *Dilecto filio — sanctiones.* (1210.) Reg. Bal. XIII, 72; Po. 3989. = c. 25. X. (3, 5.)
2. Idem ep. et cantori Zamor. et abb. de Morcrole Zamor. dioces. *Dilecto filio nostro P. — contradictores etc.* (1210.) Po. 4110. = c. 5. X. (1, 10.)
3. Idem V. ep. *Vacante quadam — competenti.* (1214.) Vratislau. ep. Reg. Bal. XVI, 166; Po. 4847. = c. 26. X. (3, 5.)
4. Idem in conc. Later. constit. XXXVIII. *De multa — dispensari.* (1215.) = c. 28. X. (3, 5.)
5. Idem in eod. constit. XXX. *Graue nimis — relaxetur.* (1215.) = c. 29. X. (3, 5.)
6. Idem in eod. constit. XXXII. *Extirpandae — presumat.* = c. 30. X. (3, 5.)
7. Idem in eod. constit. LXI. *In Lateran. conc. — prelatorum.* = c. 31. X. (3, 5.)

TIT. III. DE CONCESSIONE PREBENDAE ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

1. Idem abb. et conuentui monasterii S. Michaelis de Carasta (leg.: Terrascha). *Accedens ad sedem — compellant.* = c. 14. X. (3, 8.)
2. Idem P. subdiac. n. prepos. et capit. Ebredun. *Postulastis per — debet.* (1212.) Reg. Bal. XIV, 140; Po. 4360. = c. 15. X. (3, 8.)
3. Innoc. in reg. *Accedens ad presentiam — condempnetis.* (1215.) Po. 5018. = c. 23. X. (5, 1.)
4. Innoc. III. Vercell. ep. *Dilectus filius — prouisum.* (1198—1215.) Po. 5020. = c. 27. X. (3, 5.)

TIT. IV. DE HIS QUE FIUNT A MAIORI PARTE CAPITULI.

Un. Idem. *Ex parte tua — plurimorum.* Walt. archiep. Rotomag. (1198.) Reg. Bal. I, 259; Po. 268. = c. 4. X. (3, 11.)

TIT. V. DE REBUS ECCLESIAE NON[1] ALIENANDIS.

Un. Idem in conc. Later. constit. XLIV. *Cum laicis — compescendis.* (1215.) = c. 12. X. (3, 19.)

TIT. VI. DE FIDE IUSSORIBUS.

Un. Idem in eod. constit. LIX. *Quod quibusdam religiosis — subdatur.* (1215) = c. 4. X. (3, 22.)

TIT. VII. DE PIGNORIBUS.

Un. Idem. *Significante dil. filio — compellatis.* Hugoni comiti et Marsueto canonicis Pisan. (1198.) Reg. Bal. I, 33. Po. 37. = c. 7. X. (3, 21.)

TIT. VIII. DE SEPULTURIS.

1. Idem[1]. Sincerum tuae deuotionis affectum, quem ad Deum, et ecclesiam in crucis negotio habere probaris, in domino commendantes, consultationibus ex parte tua nobis exhibitis sic duximus respondendum, quod sepultus extra cimiterium ecclesiae, pro quo superstes consanguineus paratus est signum crucis assumere in subsidium terrae sanctae, si defunctus uere penitens in ecclesiae commu-

Lib. III. Tit. II. 1) *add.:* et dignitatibus: *b*
Tit. V. 1) non: *deest: b*
Tit. VIII. Un. 1) 1198—1215. *Po.* 5028.

nione decessit, ecclesiasticae tradi poterit sepulturae, dummodo ex hoc ob terrae consuetudinem nullum scandalum generetur.

TIT. IX. DE DECIMIS[1].

1. Idem ep. Beluac. *Cum contingat — pertinere.* (1210.) Po. 4006. = c. 29. X. (3, 30.)

2. Idem ep. Beluac. *Cum in tua diocesi — decimarum.* (1212.) Reg. Bal. XV, 184; Po. 4614. = c. 30. X. (3, 30.)

3. Idem Vesprim. ep. *Dudum aduersus — futurum.* (1215.) P. 5298. = c. 31. X. (3, 30.)

4. Idem. *Tua — restringenda.* (1199.) Vercell. ep. Reg. Bal. II, 422; Po. 898. = c. 25. X. (3, 30.)

5. Idem in conc. Later. constit. LIII. *In aliquibus regionibus — approbata* (1215.) = c. 32. X. (3, 30.)

6. Idem in eod. constit. LIV. *Cum non sit — debentur.* (1215.) = c. 33. X. (3, 30.)

7. Idem in eod. constit. LV. *Nuper abbates — obseruare.* (1215.) = c. 34. X. (3, 30.)

TIT. X. DE REGULARIBUS ET AD RELIGIONEM TRANSEUNTIBUS.

Un. Idem Lingon. ep. *Postulasti — mutare.* (1212.) Reg. Bal. XV, 118; Po. 4523. = c. 21. X. (3, 31.)

TIT. XI. DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

Un. Idem. *Accedens ad presentiam — cogatis.* (1205.) Eliensi ep. et archidiac. de Cantabruge et priori de Barnoeta Elien. dioces. Reg. Brequ. VIII, 34; Po. 2470. = c. 17. X. (3, 32.)

TIT. XII. DE STATU RELIGIOSORUM[1].

1. Idem in registro[1]. Cum nobis licet immeritis etc.[2] *et infra.* Ex parte[3] tua nostris est auribus intimatum, quod cum antecessor[4] tuus monasterium sancti Stephani concessit[5] fratribus sancti Abraam[6], monachis nigri ordinis propter disolutionem suam inde[7] remotis, et idem fratres sancti Abraam[8] bona eius dilapidando et ducendo uitam nimium dissolutam ipsum duxissent[9] ad nimiam paupertatem: bonae memoriae C. papa predecessor noster et nos etiam tibi dedimus in mandatis, ut restitutioni eiusdem monasterii prouideres, tuo committentes arbitrio, utrum predicti fratres sancti Abraam[10] tollerandi forent, an monachi nigri essent in ipsum[11] monasterium reducendi. Tu uero, sicut accepimus, fratres sancti Abraam propter dissolutionem suam inde penitus abiecisti, et nos per petitionem tuam duxisti super prouisione eiusdem[12] monasterii requirendos. Ideoque tibi[13] mandamus, quatinus si per monachos uideris ecclesiam illam reformari non posse, in ipsa ecclesia canonicos instituas regulares, qui secundum regulam beati Augustini deuotum[14] famulatum domino[15] impendant, et per eorum religionem locus ipse in melius[16] reformetur.

2. Idem in conc. Later. constit. XII. *In singulis regnis — famulari.* (1215.) = c. 7. X. (3, 35.)

TIT. XIII. DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

1. Idem abb. et conuentui Farfen. *Cum uenerabilis — imponentes.* (1209.) Reg. Bal. XII, 93; Po. 3792. = c. 7. X. (3, 36.)

2. Idem. *Cum dilectus filius — absoluatis.* (1198.) Reg. Bal. I, 60. Lucensi ep. abb. de Melon. et Petro Ioanni archidiac. Astoric. Po 66. = c 8 X. (3, 36.)

3. Idem in conc. Later. constit. XIV. *Ne nimia religionum — presidere.* (1215.) = c. 9. X. (3, 36.)

Lib. III. Tit. IX. 1) *add.:* et primitiis et oblationibus: *b*

Tit. XII. 1) monachorum regularium: *a*

1. 1) *Colocen. archiep. dat.* XI. *Kal. Ian.* I. (1198.) *Reg. Bal.* I, 499; *Po.* 496. 2) *hoc loco desiderantur:* ... in apostolicae sedis specula consistentibus sit uniuersarum ecclesiarum sollicitudo commissa, de statu illarum sollicitudinem nos conuenit gerere diligentem et prouidere attente ut per fratres et coepiscopos nostros, cum non possimus ubique nostram presentiam corporaliter exhibere, possint in melius reformari: *Reg.* 3) *add.:* siquidem: *Reg.* 4) *add.:* bonae memoriae Andreas: *ib.* 5) protomartiris situm in loco qui dicitur Keu concessisset: *ib.* 6) *add.:* de Valle Ebron: *ib.* 7) inde: *deest: ib.* 8) Abrahae: *ib. et sic deinceps.* 9) deduxissent: *ib.* 10) Abrahae: *ib.* 11) ipsius: *ib.* 12) ipsius: *Reg.* 13) fraternitati tuae per ap. scripta: *ib.* 14) deuote: *h; add.:* ibi: *Reg.* 15) domini: *Reg.* 16) *add.:* tuo faciente studio: *Reg.*

TIT. XIV. DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

Un. Idem Bisuntino archiep. Pont. anno XV. *Ligneis edificiis — consecrari.* (1212.) Reg. Bal. XV, 166; Po. 4603. = c. 6. X. (3, 40.)

TIT. XV. DE CELEBRATIONE DIVINI OFFITII[1].

1. Idem Slesuicen. ep. *Consuluisti — consueuit.* (1213.) Reg. Bal. XVI, 26; Po. 4722. = c. 7. X. (3, 40.)
2. Idem in conc. Later. constit. XVII. *Dolentes referimus — deuote.* (1215.) = c. 9. X. (3, 41.)

TIT. XVI. DE BAPTISMO ET[1] EIUS EFFECTU.

1. Idem in eod. constit. IV. *Licet Grecos — suspendatur.* (1215.) = c. 6. X. (3, 42.)
2. Idem in eod. constit. XX. *Statuimus ut in — ultioni.* (1215.) = c. 1. X. (3, 44.)

TIT XVII. DE IMMUNITATE ECCLESIAE ET[1] EIUS ORNATU ET REVERENTIA RELIQUIARUM.

1. Idem in eod. constit. XIX. *Relinqui noluimus — profanis.* (1215.) = c. 2. X. (3, 44.)
2. Idem in eod. constit. LXII. *Cum ex eo — consueuit.* (1215.) = c. 2. X. (3, 45.)

TIT. XVIII. DE CENSIBUS ET PROCURATIONIBUS[1].

1. Idem comiti Tolosano. *Super quibusdam — remisisti.* (1210.) Reg. Bal. XII, 155; Po. 3886. = c. 26. X. (5, 40.)
2. Idem in conc. Later. constit. XXXIII. *Procurationes que — impendat.* (1215.) = c. 23. X. (3, 39.)
3. Idem in eod. constit. XLVI. *Aduersus consules — honore.* (1215.) = c. 7. X. (3, 49.)
4. Idem in eod. constit. XXXIV. *Quia plerique — ultioni.* (1215.) = c. 8. X. (3, 49.)

TIT. XIX. NE CLERICI VEL MONACHI SECULARIBUS NEGOTIIS[1] SE IMMISCEANT.

1. Idem ep. Asculano. *Sicut te accepimus — interdicas.* (1211.) Reg. Bal. XIV, 129; Po. 4337. = c. 8. X. (3, 50.)
2. Idem in conc. Later. const. XVIII. *Sententiam sanguinis — promulgatis.* (1215.)= c. 9. X. (3, 50.)

LIBER QUARTUS.

TIT. I. DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS.

1. Idem. *Tua nos duxit — coniugale.* Gebenn. ep. (1212.) Reg. Bal. XIV, 159; Po. 4379. = c. 26. X. (4, 1.)
2. Idem ep. Beluac. *Cum in tua diocesi — contrahentes.* (1212.) Reg. Bal. XV, 184; Po. 4614. = c. 27. X. (4, 1.)

TIT. II. DE CLANDESTINO MATRIMONIO.

Un. Idem in conc. Later. const. LI. *Cum inhibitio — ultionem.* (1215.) = c. 3. X. (4, 3.)

Lib. III. Tit. XV. 1) eccl. missae: *a;* missarum: *d*
Tit. XVI. 1) et chrismate et eucharistia: *ab;* et ... eff.: *deest: d*
Tit. XVII. 1) et *sqq.: deest: ad*
Tit. XVIII. 1) *add.:* et exactionibus: *b;* et procur.: *deest: dh*
Tit. XIX. 1) ne cl. seculari negotio: *h*

TIT. III. DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE ET SOBOLE SUSCEPTA EX SECUNDO MATRIMONIO.

1. Idem Priori sancti Honorati Arelat.[1] Ex tenore litterarum tuarum accepimus, quod cum Petrus et M.[2] mulier in annis maioribus constituti per uerba de presenti matrimonium contraxissent, quidam dicens illos quinto consanguinitatis gradu sese[3] contingere, coram te cepit matrimonium accusare, qui deinde[4] iuxta formam canonum prestito sacramento[5] ad fundandam intentionem suam duos testes inducens, consanguinitatem ipsam taliter computauit. Malenutrita, inquiens, et uir eius Causitum atque Mariam, Causitus uero Guiscardum, Guiscardus Mariam, Maria Gilium, Gilius nuptam Petro. Item Maria uxorem Bernardi Amalrici, que Beatricem uxorem Bernardi Aldeberti, que Beatricem uxorem Bernardi de Regordan[6], que[7] Petrum de quo agitur, genuit[8]; quem alter testium in omnibus est secutus. Reliquus uero consanguinitatis gradus hoc modo distinxit: Malenutrita[9] et uir eius Causitum atque Mariam, Causitus autem Gordianum, Gordianus[10] matrem Gilii, Gilius sponsam Petri, item Maria uxorem Bernardi Almarici, uxor Bernardi Amalrici uxorem Bernardi Aldeberti, uxor Bernardi Aldeberti Beatricem matrem Petri genuisse noscuntur[11]. Porro accusatoris pars consanguinitatem sufficienter probatam asseruit ex depositionibus predictorum. Cum enim consanguinitatis gradus competenter distinxerint, nocere non poterat, quod nomina quarundam non expresserant personarum, cum demonstratio seu circumlocutio loco proprii nominis habeatur, adiciens, quod si[12] unius testis dictum qui trium personarum nomina non expressit, reputaretur forte[13] inualidum, assertioni tamen accusatoris et testis alterius in hoc articulo standum erat, cum in decreto Pascalis[14] inueniatur, quod in omni negotio principalis persona de re sibi nota ueritatem dicens, pro teste merito est habenda. Cui quidem uno adhibito, duo[15] efficiuntur, preterea superuacue uideretur esse statutum, ut cum iuramento deberet recipi accusator, nisi ei crederetur in hoc articulo, tamquam testi. Ad hec[16] fuit ex parte aduersa[17] responsum, quod cum iuxta canonicas sanctiones non solum gradus sunt distinguendi, sed etiam personarum nomina designanda, et predicti accusator et testis in quarundam defecerint[18] personarum nominibus, profecto ex depositionibus eorundem[19] nichil penitus probabatur, nec obstat, quod altera pars proposuit demonstrationem uicem proprii[20] nominis obtinere, quia tunc demum demonstratio uel[21] circumlocutio proprii nominis uicem supplet, cum potest de corpore aut[22] de persona constare. Unde cum personarum illarum, quarum nomina minime sunt expressa, nulla[23] prorsus memoria minime sunt expressa, nulla prorsus memoria habeatur, utpote longe[24] retroactis temporibus defunctarum, huiusmodi circumlocutio non est proprio[25] nomine admittenda, maxime cum uideatur ibi obscuritatem manifestam ingerere, ubi dicitur: Maria genuit uxorem Bernardi Amalrici, uxor Bernardi Amalrici genuit uxorem Bernardi Aldeberti, cum ista compossibilia esse potuerunt, ut et Maria uxorem Bernardi Amalrici, et alia uxor Bernardi Amalrici[26] uxorem Bernardi Aldeberti genuerit[27], que filia Mariae non fuisset, ut uerbi gratia, si Bernardus Amalrici diuersas habuisset uxores. Ex eadem quoque parte fuit propositum, regulariter esse uerum, ut nulli prorsus accusatori credi debeat, tamquam testi, cum iuxta sacrorum canonum instituta[28], nullus in eodem negotio possit esse[29] accusator et testis. Supradictum uero Pascalis[30] papae capitulum dicebatur ad fraternae correctionis causam, in qua non secundum iudiciarium ordinem, sed potius iuxta euangelicam regulam proceditur, restringendum, quod ex ipsius capituli tenore colligitur euidenter; sic enim in

Lib. IV. Tit. III. 1. 1) *dat. Viterbii* VI. *Kal. Iul.* (1209.) *Reg. Bal.* II, 333; *Po.* 3753. 2) Maria: *bd* 3) se: *bd; deest: c* 4) demum: *Reg.* 5) iuramento: *Reg.* 6) Rogordan: *bdh* 7) qui: *Reg.* 8) genuerunt: *Reg.* 9) Mal. uero: *h* 10) Guiscardum, Guiscardus: *Reg.* 11) monstratur: *h* 12) etsi: *Reg.* 13) forsan: *Reg.* 14) *cf. c.* 4. X. *de testib.* (2, 20.) 15) duo testes: *Reg.* 16) hoc: *bcdh; add.:* autem: *Reg.* 17) aduerso (part.: *deest*): *Reg.* 18) defecerant: *h* 19) earundem: *abd* 20) prop.: *deest: Reg.* 21) seu: *Reg.* 22) seu pers.: *ib.* 23) nulla ... exp.: *deest: abcd* 24) longo: *ac* 25) pro prop.: *Reg.* 26) Amelrisci: *Reg. et sic deinceps.* 27) genuerint: *acdh* 28) statuta: *h* 29) esse simul: *Reg.* 30) *add.:* Papae: *h*

euangelio continetur: „si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum[31], si te non audierit, adducas tecum[32] quinque uel duos testes etc.“[33] et tunc etiam huiusmodi testis adhibitus, non quidem commissi criminis, sed fraternae potius commonitionis testis erit. Fuit quoque subsequenter adiunctum, quod non ideo accusator cum iuramento admittitur[34], ut ei credi debeat tamquam testi, sed cum in causa matrimonii quoad quedam laxius, quam in aliis negotiis procedatur, dum ad testimonium admittuntur[35] tam domestici quam affines, et recipitur[36] testimonium de auditu, cuiusdam compensationis intuitu fuit a sacris canonibus introductum, ut accusator cum sollempnitate quadam, uidelicet cum[37] iuramento reciperetur, nec tamen ideo, ut testis debet recipi dictum eius. Nam in[38] aliis controuersiis, licet quis prestet calumpniae sacramentum, non tamen ei creditur tamquam testi. Preterea dictum unius testis, qui propinquitatem habere se[39] asserit per se notam, ex eo inualidum uidebatur, quia cum secundum usum communem loquendi, dum quis dicit se[40] librum aliquem per se nosse, intelligitur[41] illum suo studio didicisse, dictus testis uidebatur impossibile fuisse testatus, qui, cum nondum quinquagesimum annum attigerit, illorum consanguinitatem se suo studio nosse proposuit, qui iam centum annis elapsis decessisse noscuntur. Preterea, cum alius testis ea, que super consanguinitate deposuit, a Maria Lamberti se didicisse firmauerit[42], ac Maria iurata postmodum dixerit, se de illis nichil sciuisse penitus uel etiam audiuisse, illorum dicta sic asseruit pars altera benigne interpretanda, ne alteruter de periurio arguatur, ut uidelicet ille, qui[43] dixit, quod didicit a Maria, et Maria de illis nichil omnino sciuisset, aut etiam audiuisset, et tamen ea, que nec sciuit, nec audiuit ab aliquo, per se fingens dixerit ipsi testi, unde cum ipse fuerit de his instructus ab ea, que illa penitus ignorabat, huiusmodi testimonium debet inualidum iudicari. Cum igitur nos duxeris consulendos, quid tibi sit in premisso negotio faciendum, nos tam supradictis quam aliis intellectis deuotioni tuae taliter respondemus, quod cum tollerabilius sit aliquos contra statuta hominum copulatos dimittere, quam coniunctos legitime contra statuta domini separare, per depositones huiusmodi non est ad diuortii sententiam procedendum.

2. Idem. *Tua nos duxit — inchoarent.* Gebenn. ep. (1212.) Reg. Bal. XIV, 159. = c. 7. X. (4, 14.)

3. Idem in conc. Later. constit. L. *Non debet — alligatas.* (1215.) = c. 8. X. (4, 14.)

TIT. IV. QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT.

Un. Idem ep. Beluac. *Cum in tua diocesi — existat.* (1212.) Reg. Bal. XV, 184; Po. 4614. = c. 6. X. (4, 18.)

LIBER QUINTUS.

TIT I. DE ACCUSATIONIBUS ET INQUISITIONIBUS.

1. Idem. *Cum dilectus filius — terminata.* (1198—1216.) = c. 20. X. (5, 1.)

2. Idem ep. Gebennensi et Viennensi sacristae. *Inquisitionis negotium — existit.* (1212.) Reg. Bal. XV, 191; Po. 4628. = c. 21. X. (5, 1.)

3. Idem ep. et dec. Siluanect. *Ad petitionem — abbatem.* (1210.) Reg. Bal. XIII, 1; Po. 3916. = c. 22. X. (5, 1.)

4. Idem in conc. Lat. constit. VIII *Qualiter et quando — amoueri.* (1215.) = c. 24. X. (5, 1.)

5. Idem in conc. Lat. *Sicut olim — suspendatur.* c. 6. (1215.) = c. 25. X. (5, 1.)

Lib. IV. Tit. III. 31) sol.: *deest: ach* 32) tibi: *Reg.* 33) *cf. Matth.* XVIII, 15. 34) recipitur: *Reg.* 35) admittantur: *h* 36) recipere: *h* 37) cum: *deest: Reg.* 38) et in: *Reg.* 39) se: *deest: Reg.* 40) se: *deest: Reg.* 41) intelligatur: *ib.* 42) confirmauerit: *ah* 43) que dixit didicerit: *Reg.*

TIT. II. DE SIMONIA.

1. Idem. *Per tuas nobis — ministrare.* (1198—1215.) Po. 5021. = c. 37. X. (5, 3.)
2. Idem. *Consulere — excluduntur.* (1198—1215.) Po. 5037. = c. 38. X. (5, 3.)
3. Idem in conc. Later. constit. LXIV. *Sicut pro certo — condempnetur.* (1215.) = c. 39 X. (5, 3.)
4. Idem in eod. constit. LXV. *Quoniam simoniaca — publicari.* (1215.) = c. 40. X. (5, 3.)
5. Idem in eod. constit. LXVI. *Audiuimus de quibusdam — conuertenda.* (1215.) = c. 41. X. (5, 3.)
6. Idem in eod. constit. LXVII. *Ad ap. audientiam — immutare.* (1215.) = c. 42. X. (5, 3.)

TIT. III. DE MAGISTRIS.

Un. Idem in eod. constit. XI. *Quia nonnullis — prouideri.* (1215.) = c. 4. X. (5, 5.)

TIT. IV. DE IUDEIS ET SARRACENIS.

1. Idem in eod. constit. LXIX. *In nonnullis — presumant.* (1215.) = c. 15. X. (5, 6.)
2. Idem in eod. constit. LXX. *Cum sit nimis — paganos.* (1215.) = c. 16 X. (5, 6.)
3. Idem in eod. constit. LXXI. *Quidam sicut — retroire.* (1215.) = c. 4 X. (5, 9.)

TIT. V. DE HERETICIS ET MANICHEIS.

1. Idem[1]. Quantum ecclesia laborauerit per predicatores et cruce signatos ad exterminandos[2] hereticos et ruptarias de prouincia Narbonensi et partibus sibi uicinis, totus pene orbis cognoscit[3], et quidem per Dei gratiam et solicitudinem nostram ualde profecit, cum exterminatis utrisque terra ipsa in fide catholica et pace fraterna iam salubriter gubernetur. Quia uero nouella plantatio adhuc indiget irrigari, sacri concilii consilio ita duximus prouidendum, ut quoniam R. quondam[4] comes Tolosanus culpabilis repertus est in utrisque[5], nec umquam sub eius regimine terra potuit[6] in pacis[7] et fidei statu seruari, sicut ex[8] longo tempore certis indiciis est compertum[9], ab eius dominio, quod praue[10] gessit, perpetuo sit exclusus, extra terram ipsam in loco idoneo moraturus, ubi[11] dignam agat penitentiam deportatus[12]. Verum[13] de prouentibus terrae[14] CCCC. marchas percipiat annuatim, quandiu curauerit humiliter obedire, uxor uero ipsius Comitis, soror quondam Regis Aragoniae, cui ab omnibus laudabile testimonium perhibetur, quod sit catholica mulier et honesta, terras ad suum dotalicium pertinentes integre habeat et quiete, ita tamen, ut sic ad mandatum ecclesiae faciat custodiri[15], quod per ipsas negotium pacis et fidei non ualeat perturbari. Tota uero terra, quam obtinuerunt cruce signati aduersus hereticos credentes et fautores et receptatores[16] eorum cum monte Albano atque Tolosa, que magis extitit[17] heretica[18] labe corrupta, dimittatur et concedatur saluo per omnia catholicorum iure uirorum et mulierum et ecclesiarum comiti[19] Montis fortis uiro strenuo et catholico, qui plus ceteris in hoc negotio laborauit, ut eam teneat, a quibus de iure est tenenda. Residua terra[20], que non fuit a cruce signatis obtenta, custodiatur ad mandatum ecclesiae per uiros idoneos, qui negotium pacis et fidei manu teneant et defendant, ut prouideri possit unico[21] filio comitis prefati[22] Tolosani postquam ad legitimam etatem peruenerit, si talem[23] se studuerit exhibere, quod in toto uel in parte ipsi merito debeat prouideri, pro ut magis uidebitur expedire. De negotio uero comitis Fuxensis[24] plenius cognoscatur, et quod equum fuerit, iudicetur, ita quod castrum Fuxense custodiae nostrae commissum pro ipso ad mandatum detineatur ecclesiae, donec huiusmodi negotium terminetur. Ad hec quoniam

Lib. V. Tit. V. 1. 1) *dat. Later.* XIX. *Kal. Ian.* XVIII. (1215.) *ap. Bouquet Rec.* XIX, 548; *Po.* 5009. 2) exterminandum: *orig.* 3) agnoscit: *orig.* 4) quond.: *deest: orig.* 5) utroque: *orig.* 6) pot.: *deest: orig.*; in terra: *ad* 7) pacis (in: *deest*) et fid. status: *abd*; pacis et: *deest: orig.* 8) a: *orig.* 9) apertum: *abc* 10) utique graue (?): *orig.* 11) uel: *b*; ut: *orig.* 12) de peccatis: *b*; *deest: orig.* 13) Verum tamen: *orig.* 14) *add.:* pro sustentatione sua: *orig.* 15) eas custodire: *orig.* 16) receptores: *acdgh* 17) ext.: *deest: orig.* 18) her.: *deest: abcdg* 19) comitis: *acd* 20) uero terra: *h*; autem terra: *orig.* 21) *add.:* adolescenti: *orig.* 22) predicti: *h* 23) tamen (?): *orig.* 24) Faxensis: *acdg*; Falsensis: *b et sic deinceps*

super his multae poterunt dubitationes et difficultates oriri, omnes ad apostolicae sedis iudicium referantur, ne forte, quod multis est sumptibus[25] peractum, per alicuius uiolentiam seu malitiam dissoluatur.

2. Idem in conc. Later. constit. III. *Excommunicamus — prauitatem.* (1215.) = c. 13. X. (5, 7.)

TIT. VI. DE HOMICIDIO CASUALI SEU[1] VOLUNTARIO.

1. Innoc. III. *Petrus diaconus — attemptatum.* Oscensi et Tirason. epp. (1198.) Reg. Bal. I, 323; Po. 339. = c. 17. X. (5, 12.)

2. Idem abb. S. Trinitatis de Maloleone. *Significasti nobis — exequendo.* (1209.) Reg. Bal. XII, 59; Po. 3757. = c. 18. X. (5, 12.)

3. Idem. *Tua nos duxit — arcendus.* Gebenn. ep. (1212.) Reg. Bal. XIV, 159; Po. 4379. = c. 19. X. (5, 12.)

4. Idem priori et fratrib. Cartusiensib. *Sicut ex litterarum — abstinere.* (1211.) Reg. Bal. XIV, 107; Po. 4312. = c. 20. X. (5, 12.)

TIT. VII. DE USURIS.

1. Idem electo V. de Octenen. (?) *Salubriter — supportanda.* (1198—1215.) Po. 5038. = c. 16. X. (5, 19.)

2. Idem ep. Bonon. *Michael laicus — usuras.* (1198—1215.) Po. 5039. = c. 17. X. (5, 19.)

3. Idem in conc. Later. constit. LXVIII. *Quanto amplius — indempnes.* (1215.) = c 18. X. (5, 19.)

TIT. VIII. DE CRIMINE FALSI.

1. Idem in reg. *Accedens — molestes.* Sipontino archiep. (1198.) Reg. Bal. I, 456; Po. 532. = c 8. X. (5, 20.)

2. Idem in reg. ep. Rofensi. *Ex continentia — imponatis.* (1198.) Reg. Bal. I, 404; Po. 395. = c. 9. X. (5, 20.)

TIT. IX. DE CLERICO EXCOMMUNICATO MINISTRANTE.

Un. Idem decano et subdec. Pictau. et mag. P. Americo de Longouado can. Petragoricensi. *Proposuit olim — approbandum.* (1210.) Po. 4174. = c. 8. X. (5, 27.)

TIT. X. DE EXCESSIBUS PRELATORUM.

Un. Idem in conc. Later. constit. LX. *Accedentibus ad nos — tueri.* (1215.) = c. 12. X. (5, 31.)

TIT. XI. DE NOVI OPERIS NUNTIATIONE.

Un. Idem Parisiensi et Trecensi Episcopis[1]. Cum olim *et infra*[2]. Ceterum ex[3] procuratoris eiusdem ciuitatis confessione didicimus, post nuntiationem noui operis sibi factam supradictam fortaliciam[4], stagnum et molendinum edificasse. Quo circa uobis presentium auctoritate precipiendo mandamus, quatinus[5] uos nostra auctoritate iam dictam fortaliciam, stagnum et molendinum a comite demolienda iudicetis[6] facientes eandem sententiam per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.

TIT. XII. DE PRIVILEGIIS.

1. Idem. *Veniens ad presentiam — prescripsit.* Colocensi electo et Soksardiensi et de Sekudwor. Cisterc. ord. abbatib. Quinque eccles. dioc. (1212.) Reg. Bal. XV, 7; Po. 4401. = c. 19. X. (2, 26.)

Lib. V. Tit. V. 25) *add.:* et laboribus: *orig.*
Tit. VI. 1) uel: *bc*
Tit. XI. UN. 1) *add.:* et abb. S. Genouefae Paris. *dat.* 1208. *Reg. Brequ.* V, 141. *Po.* 1806; episcopo: *abcd* 2) *quae desiderantur uideas c.* 33. X. (1, 29.) 3) quia ex: *Reg.* 4) supradicta fortalitia: *Reg.* 5) quat. utramque partem ad compositionem amicabilem faciendam, quam utrique necessariam credimus, moneatis prudenter et efficaciter inducatis. Quod si forsan infra mensem, postquam a uobis fuerint diligenter admoniti, uestris acquiescere monitis non curarint uos auctoritate nostra sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo sententiam proferatis, quam sub bulla nostra uobis mittimus interclusam, facientes eam per censuram ecclesiasticam inuiolabiliter obseruari: *Reg.* 5) *add.:* sub. cuius. contr. et ap. ob.: *h*

2. Idem[1]. Significasti nobis in nostra presentia constitutus, quod quidam in tua diocesi commorantes, eo quod in canonicorum sanctae Crucis et[2] aliorum priuilegiatorum sunt fraternitate recepti, iura tibi episcopalia non persoluunt, ea propter, uenerabilis in Christo frater, tuis precibus annuentes, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut quamdiu fratres huiusmodi moram fecerint in domibus suis in habitu seculari, et in ecclesiis tuis ecclesiastica receperint[3] sacramenta, sicut prius tibi iura episcopalia soluere teneantur.

3. Idem ep. et capit. Tripolitan. *Petiistis per sedem — celebretis.* (1212.) Reg. Bal. XV, 162; Po. 4598. = c. 20. X. (5, 33.)

4. Idem. *Quoniam sicut nobis — subiectas.* (1198—1215.) Po. 5041. = c. 21. X. (5, 33.)

5. Idem archiep. Lundensi ap. sed. leg. *Quia circa — futuri.* (1213.) Reg. Bal. XVI, 118; Po. 4820. = c. 22. X. (5, 33.)

6. Idem in conc. Later. constit. V. *Antiqua patriarchalium — deferendum.* (1215.) = c. 23. X. (5, 33.)

7. Idem in eod. constit. LVII. *Ut priuilegia — disciplinae.* (1215.) = c. 24. X. (5, 33.)

8. Idem in eod. constit. LVIII. *Quod nonnullis — protrahentes.* (1215.) = c. 25. X. (5, 33.)

TIT. XIII. DE PENIS.

1. Idem. *Ad aures — conferantur.* Vicentino ep. (1198.) Reg. Bal. I, 57; Po. 60. = c. 10. X. (5, 38.)

2. Constit. X. conc. gen. *In quibusdam prouinciis — dispensatum.* c. 11. X. (5, 38.)

TIT. XIV. DE PENITENTIIS[1].

1. Idem Palentin. et Burgen. epp. et ab. de Ar. Cistercien. ord. *Noua quedam — commisit.* = c. 11. X. (5, 38.)

2. Idem in conc. Later. const XXI. *Omnis utriusque — retrudendum.* (1215.) = c. 12. X. (5, 38.)

3. Idem. *Quod in te — indulgeri.* (1198—1215.) = c. 11. X. (5, 38.)

4. Idem in eod. constit. XXII. *Cum infirmitas — conuertatur.* (1215.) = c. 13. X. (5, 38.)

5. Idem in eod. constit. XLII. *Cum ex eo — obseruare.* (1215.) = c. 14. X. (5, 38.)

TIT. XV. DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

1. Idem Archiepiscopo Lugd.[1] Apostolicae sedis legato. Quesiuisti preterea, utrum in canonem incidant laici sententiae promulgatae, qui sacerdotes aut alios clericos in manifesto furto comprehensos[2] contrectauerint uiolenter, si citra uiolentiam nequeant comprehendi, et si clericus, qui uehementer presumitur esse falsarius, ad iudicium uenire[3] contempserit, citra excommunicationis sententiam ad iudicium per uiolentiam trahi possit. Ad hoc tibi taliter[4] respondemus, quod in neutro casuum predictorum sententia excommunicationis incurritur, dummodo mandatum interueniat prelatorum, quorum tales clerici sunt iurisdictioni subiecti, cum hoc non ipsi laici, sed illi potius, quorum auctoritate id faciunt, facere uideantur, nec amplius laicorum uiolentia extendatur, quam defensio seu rebellio exegerit clericorum.

2. Idem. *In presentia — diuinis.* (1189—1215.) Po. 5033. = c. 46. X. (5, 39.)

3. Idem. *Quantae presumptionis — obuiare.* Spirensi Argentin. et Wormac. epp. (1198.) Reg. Bal. I, 24; Po. 24. = c. 47. X. (5, 39.)

4. Idem. Constitutiones insuper et sententias, que ab episcopis excommunicatis uel de eorum mandato fuerint promulgatae, decernimus irritas et inanes et in nullo umquam tempore ualituras. Quia[1] uero fraus et dolus alicui patrocinari non debet, nullus uestrum uario decipiatur errore, ut infra tempus regiminis sustineat anathema, quasi post illud ipse non sit ad exhibendum satisfactionis debitum compellendus, nam et ipsum, qui satisfacere recusauit[2], et suc-

Lib. V. Tit. XII. 2. 1) 1198—1215. *Po.* 5040. 2) uel: *a* 3) perceperint: *h*
Tit. XIV. 1) *add.*: et remissionibus: *ab*
Tit. XV. 1. 1) Lundun.: *acd* 2) deprehensos: *bh* 3) uenire: *deest: bcd;* cont.: *deest: bd* 4) tal.: *deest: h;* tibi: *deest: a*
4. 1) Quod: *h* 2) satisfactionem recusauerit: *b*

cessorem ipsius, nisi satisfaciat infra mensem, manere decernimus ecclesiastica districtione conclusum, donec ecclesiae suae satisfaciat, cum succedat in onere, qui substituitur in honore.

5. Idem in eod. constit. XLVII. *Sacro approbante — ultionem.* (1215.) = c. 48. X. (5, 39.)

6. Idem in eodem constituto XLIX.[1] Sub interminatione diuini iudicii penitus interdicimus, ut causa cupiditatis nullus audeat excommunicationis uinculo aliquem innodare uel absoluere innodatum, in illis maxime regionibus, in quibus ex consuetudine, cum excommunicatus absoluitur, pecuniaria pena mulctatur, statuentes, ut cum excommunicationis sententiam iniustam fuisse constiterit, excommunicator ad restituendam pecuniam etiam sic extortam per censuram ecclesiasticam compellatur, et nisi probabili fuerit errore deceptus, tantumdem iniuriam passo persoluat, et si forte soluendo non fuerit, animaduersione alia castigetur.

TIT. XVI. DE VERBORUM SIGNIFICATIONE[1].

1. Idem comiti Tolosano. *Super quibusdam — introducta.* (1210.) Reg. Bal XII, 155; Po. 3886. = c. 26. X. (5, 40.)

2. Idem ep. Parisien. *Nouimus expedire — committat.* (1209.) Reg. Bal. XI, 257; Po. 3656. = c. 27. X. (5, 40.)

Lib. V. Tit. XV. 6. 1) c. 49. *Conc. Lat.* IV. (1215.) Tit. XVI. 1) significationibus: *ab*

QUINTA COMPILATIO DECRETALIUM.

HONORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO MAGISTRO TANCREDO, ARCHIDIACONO BONONIENSI SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM[1].

NOVAE causarum emergentium questiones nouis exigunt decisionibus terminari, ut singulis morbis, competentibus remediis deputatis, ius suum cuique salubriter tribuatur. Licet igitur a quibusdam predecessoribus nostris per ea, que suis temporibus sunt decisa, forma futuris negotiis prouide sit relicta, quia tamen prodiga rerum natura secundum uarietates multiplicium casuum parit cottidie nouas causas, nos quasdam epistolas decretales super his, que nostris suborta temporibus, per nos uel fratres nostros decidimus, uel etiam aliis de ipsorum consilio commisimus decidenda, compilari fecimus, et tibi sub bulla nostra duximus destinandas. Quocirca discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus eis solempniter publicatis absque ullo scrupulo dubitationis utaris et ab aliis recipi facias tam in iudiciis quam in scholis.

LIBER PRIMUS.

TIT. I. DE CONSTITUTIONIBUS.

1. Bonon. ep. *Nouerit fraternitatis — iudicata.* (1221.) Po. 6469. = c. 49. X. (5, 39.)

2. Fridericus Romanorum Imperator cunctis quos clementiae nostrae regit imperium[1]. Ad honorem Dei omnipotentis, et ecclesiae sanctae Dei, quo die de manu sacratissimi patris nostri Honorii III. summi pontificis, suscepimus imperii diadema, leges edidimus, quas presenti pagina fecimus annotari. Hac edictali lege[2] irritamus et precipimus irrita nuntiari omnia statuta et consuetudines, que ciuitates uel loca, potestates, consules, uel quecumque aliae personae contra libertates ecclesiae ac personas ecclesiasticas edere uel seruare temptarunt, aduersus canonicas uel imperiales sanctiones; et ea de capitularibus suis mandamus infra duos menses post huius[3] publicationem edicti penitus aboleri, et si de cetero similia attemptauerint, ipso iure decernimus esse nulla, et eos sua iurisdictione priuatos, necnon locum ubi deinceps talia presumpta fuerint, banno mille marcarum precipimus subiacere. Potestates uero, consules, rectores, statutarii et scriptores dictorum statutorum, necnon consiliarii locorum ipsorum, et qui secundum statuta uel consuetudines memoratas iudicauerint, sint ex tunc ipso iure infames, quorum sententias et actus alios legitimos statuimus aliquatenus non tenere; qui si per annum huius nostrae constitutionis inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium mandamus impune ab omnibus occupari, saluis[4] nichilominus aliis penis contra tales in generali concilio promulgatis.

3. Capitulo Constantinopolit. *Ut preteritae contentionis — usurpent.* (1216—27.) Po. 7707. = c. 45 X. (1, 6.)

1) (1226—27.) *Po.* 7684. *cf. Schulte Gesch. d. Quell. d. kan. R.* I, 90. *not.* 22.

Lib. I. Tit. I. 2. 1) *Hec constitutio Friderici* II. (XXII. *M. Nouemb.* 1220.) *in Mon. Germ. LL.* II,243. *ab Honorio eodem die confirmata est. Bullar. Rom. ed. Taur.* 3, 374. 2) In die qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepimus imperii diadema, curauimus ad Dei et ecclesiae suae honorem edere quasdam leges, quas presenti pagina iussimus annotari, per totum nostrum imperium publicandas, per imperialia uobis scripta precipiendo mandantes, quatinus eas quisque in suo districtu irrefragabiliter et inconcusse seruetis. Sunt autem he leges: 1) Ad decus et decorem imperii et ad laudem Romani principis nichil magis uidetur accedere, quam ut expurgatis quorundam erroribus et iniquis quorundam statutis penitus destitutis de cetero ecclesia plena quiete uigeat et secura gaudeat libertate. Sane adeo infidelium quorundam et peruersorum iniquitas habundauit, ut non dubitent, contra apostolicam disciplinam et sacros canones sua statuta confingere aduersus ecclesiasticas personas et ecclesiae libertatem. Cum ergo ecclesia, que nichil debet preter bonum appetere, dispositione diuina fauente nichil uelit quod nobis eodem cursu uoluntatum non placeat, nos Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus hac edictali lege: *orig.* 3) huiusmodi: *ac* 4) salu. omnibus: *ad*

4. Ep. et cant. Cabilon. et abbati de Firmitate Cabilonens. dioces. *Ex parte — conferatis.* (1216—27.) Po. 7708. = c. 12. X. (1, 2.)

5. Abbati et Conuentui monasterii Dolensis[1]. Cum olim super petitione[2] prouentuum ecclesiarum, in quibus uestrum monasterium ius obtinet patronatus[3], facienda inter priores et capellanos ipsarum, Bituricensis diocesis, questio coram felicis memoriae Innocentio papa, predecessore nostro, fuisset diutius exagitata, tandem ipse huiusmodi questionem sapiens prouidendo determinauit, quid priores, quidue perciperent capellani, sicut in eius litteris factis super prouisione huiusmodi euidenter apparet. Sed quidam capellani ecclesiarum ipsarum, occasione statuti concilii generalis, quo dicitur, ut prouisio congrua parochialium ecclesiarum presbiteris[4] non obstante patroni consuetudine assignetur, prouisionem eamdem, sicut asseritis, infringere moliuntur. Cum ergo generali statuto non tollatur prouisio specialis, nos de consilio[5] fratrum nostrorum prouisionem iam dictam auctoritate apostolica roborantes districtius inhibemus, ne quis illi occasione predicta contraire presumat.

6. Potestati et populo Paduano[1]. Sicut est nostris[2] auribus intimatum, primo reuerentia diuinarum et humanarum constitutionum posthabita statuistis[3], ne quis super decimis respondeat coram iudicibus delegatis a sede apostolica, ac demum, quia super talentum plumbi sedens iniquitas semper de malo in deterius corruit, adiecistis, ut nisi episcopus et clerus ciuitatis uestrae intra quadraginta dies, postquam is, quem contigerit in uestrum rectorem assumi, regimen ipsius ciuitatis iurauerit, se uestris obligauerint constitutis, ex tunc eis ipsa statuta non prosint, nec eos banna publica tueantur: excogitata malitia id agere satagentes, ut si se statutis huiusmodi alligauerint, ecclesiasticae libertatis expertes, publicis oneribus mancipentur ut laici, si uero se illis noluerint obligare, pateant periculo personarum et rerum, utpote a benefitio publicae defensionis exclusi. Certe uix possumus credere diabolicas adinuentiones huiusmodi a uobis, quos de fidei puritate toties commendari audiuimus, processisse. Non nos fallit opinio, quod aliquis extraneus his temporibus regimen uestrae ciuitatis obtinuit, qui secum afferens fermentum hereticae prauitatis, illo uestrae sinceritatis azyma fermentauit. Monemus ergo uniuersitatem uestram, rogamus et obsecramus in Domino Iesu Christo et per apostolica uobis scripta mandamus, quatinus huiusmodi morbo, dum nouus est, salubriter occurrentes, nec patientes maculam tam grandem tamque saluti uestrae contrariam in gloria uestra poni, prenotatum statutum, quod diuino et humano iuri obuiare cognoscitis, infra XV. dies post susceptionem presentium de capitularibus uestris penitus abradatis, illo uel simili de cetero non usuri.

7. Archiepiscopo Mediolanensi[1]. Ex parte uenerabilis fratris nostri Suanensis[2] prepositi et quorumdam aliorum canonicorum Nouariensium fuit nostris auribus intimatum, quod cum in ipsorum ecclesia per te auctoritate nostra fuit statutum, ut sit certus numerus sacerdotum, ita quod si locum sacerdotis uacare contingeret, non substitueretur ei[3] alius quam sacerdos uel talis, qui cito in sacerdotem promoueri ualeret, et nos statutum huiusmodi postmodum duxerimus[4] confirmandum, nuper bonae memoriae A. cantore Nouariense qui sacerdos fuerat, uiam uniuersae carnis ingresso, cum uellent ad prebendam ipsius, inherentes statuto huiusmodi, eligere sacerdotem et sic conuenissent in Hugonem Missum[5], uirum utique uitae laudabilis et conuersationis honestae, qui cum sit diaconus cito possit ad sacerdotium promoueri, uenerabilis frater noster Nouariensis episcopus Iohannes, nepotem suum, alias magnis redditibus abundantem, constitutum in minoribus ordinibus, occasione cuiusdam receptionis olim factae de ipso a quibusdam concanonicis eorumdem, inuestiens de nominata prebenda, eum[6] fecit auctoritate propria

Lib. I. Tit. I. 5. 1) (1216—27.) *Po.* 7709. 2) partitione: *a* 3) patr.: *deest: d* 4) per ... presbiteros: *d* 5) consensu: *d*

6. (1224.) *Po.* 7276 a. 2) nostr.: *deest: d* 3) statuitis: *d*

7. 1) (1216—27.) *Po.* 7710; archidiacono Med.: *a* 2) Saonensis episcopi (*deest: c*) prepositi: *ac* 3) ei: *deest: d* 4) duximus: *d* 5) Mussum: *a* 6) eundem: *a*

in ipsius possessionem induci, et ut eis uolentibus sacerdotem eligere uiam precluderet eligendi, eos si ad electionem procederent interdixit, propter quod cum eligere non audeant, sedis apostolicae remedium implorarunt. Cum igitur non prosit statuta in ecclesiis fieri, si ea, maxime utilia, non seruentur, fraternitati tuae mandamus, quatinus his non obstantibus, que per predictum episcopum taliter sunt presumpta, facias ad prebendam dicti cantoris per eos, ad quos ius eligendi spectare dinoscitur, idoneum eligi in diaconatus uel sacerdotii ordine constitutum.

TIT. II. DE RESCRIPTIS.

1. Abbati et priori S. Proiecti et I. de uilla Vuad. canonico S. Quintini Nouiomensis. *Capituli S. Crucis — imponentes.* (1216—27.) Po. 7711. = c. 30. X. (1, 3.)

2. R. de Porta et Magistris I. de Mandires maioris ecclesiae et R. Sanctae Mariae Magdalenae canonicis Virdunensibus[1]. Referente dilecto filio I. Metensi[2] scolastico nos noueritis accepisse, quod magister W. de Burmonst[3], Lingon. canonicus, nuper super scolastica Metensi ad priorem de Claromonte et coniudices eius, Tullensis et Lingonensis diocesis commissionis a nobis litteras pro magistro G. de Burmet[4] Metensi canonico, nunc cantore Tullensis ecclesiae impetrauit, solo in eis Metensi primicerio nominato et illa generali clausula „et quidam alii," subsecuta; cumque procurator ipsius primicerii litteris contradixisset, iisdem[5] prefatus magister W. coram magistro Ottone capellano nostro, tunc temporis litterarum huiusmodi auditore promisit, quod primicerius ipse non conueniretur ullo unquam tempore per easdem, sicut tam ipsius auditoris, quam prefati magistri W. patentes litterae manifestant; nunc autem predictus cantor auctoritate huiusmodi litterarum conuenire conatur scolasticum memoratum. Quare idem nobis humiliter supplicauit, ut cum in hac parte manifesta sit malitia supradicti cantoris, qui sola ea causa primicerium nominauit, ut per subiectam clausulam trahere posset in causam equales ipsi primicerio uel minores, ipsum de huiusmodi fraude non sineremus commodum reportare. Cum ergo nemini patrocinari debeat fraus et dolus, discretioni uestrae mandamus, quatinus si premissis ueritas suffragatur, predictas litteras nuntietis nullius esse ualoris, reuocantes in statum debitum siquid[6] forte occasione ipsarum inueneritis esse factum.

3. Episcopo Attrebatensi[1]. Qui nostras per suppressionem ueri litteras impetrantes illarum commodo carent, cum ueritas reseratur, id sibi debent imputare, non nobis, qui omnium habere memoriam non ualemus, cum diuinum sit potius, quam humanum. In litteris siquidem, per quas olim tibi mandauimus, ut dilecto filio C., qui in spe prouisionis tuae frustra diutius laborauit, in Attrebatensi ecclesia prouideres, huiusmodi clausula continetur, „securus quod pro nullius prouisione tibi grauamen de cetero inferemus." Nuper autem nobis insinuare curasti, quod predictus audax postmodum ad te super prouisione sua nostras litteras monitorias et preceptorias impetrauit, de clausula supradicta non habita mentione. Quare nobis humiliter supplicasti, ut te[2] super eo fatigari ab eo contra tenorem sepe dictae clausulae non sinamus. Nolentes igitur ea irrita facere, que de nostris labiis processerunt, te[3] admonitione et precepto huiusmodi tanquam per ueri suppressionem obtentis reddimus absolutum, ita quod ab eodem I.[4] contra tenorem predictae clausulae ulterius non uexeris.

TIT. III. DE CONSUETUDINE.

1. Parisiensi capitulo. *Cum consuetudinis — adeptus.* (1221.) Po. 6573. = c. 9. X. (1, 4.)

2. Capitulo Laudunensi[1]. Ad audientiam nostram noueritis peruenisse, quod pretextu cuiusdam consuetudinis, ut dicitur, iuramento firmatae, a singulis

Lib. I. Tit. II. 2. 1) Morinen.: *d;* (1216—27.) *Po.* 7712. 2) I. Menensi: *a;* I. Memensi: *c;* I.: *deest: d* 3) Burmot: *c;* Brimot: *d* 4) Burmotey: *a;* Burinet: *c* 5) idem: *d;* et eisdem: *c* 6) deb. quidquid: *d*

3. 1) (1216—27.) *Po.* 7686. 2) te: *deest: cd* 3) de: *cd* 4) I. C.: *d*

Tit. III. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7713.

quos in ecclesia uestra canonicari contingit, unum scyphum argenteum exigitis et etiam extorquetis, eis fructum[2] prebendarum suarum, nisi consuetudinem iam dictam adimpleant, denegando. Quia igitur consuetudo huiusmodi habere uidetur speciem prauitatis et continet turpitudinem manifestam, uniuersitati uestrae districtius inhibemus[3], ne predictam consuetudinem iurari faciatis de cetero, nec eius occasione aliquid exigatis, aut subtrahatis aliquibus suarum redditus prebendarum.

3. Magistro Iacobo capellano et penitentiaro nostro apost. sedis legato[1]. Venerabilis frater noster archiepiscopus Cassellensis exposuit coram nobis, quod in prouincia sua detestandae consuetudinis uitium per Anglicorum insolentiam inoleuit, quod uidelicet si Anglicus aliquid[2] de suis amittit, et iurat illud ab aliquo Iberniensi furtim[3] sibi esse surreptum, sex Anglicis iuramento firmantibus, quod credunt[4] eius uerum existere iuramentum, Ibernienses licet innocentes sint et bonae opinionis ac uitae, suamque super obiecto crimine innocentiam per triginta testes uel plures sint purgare parati, ad restitutionem coguntur nichilominus tanquam fures. Si uero aliquid Ibernienses amittunt, et pro certo sciunt quod surripuit[5] Anglicus illud eis, idque suis uelint astruere iuramentis, Anglici eorum iuramenta recipere contradicunt, et sic utroque casu conculcata iustitia ecclesiis ac eorum hominibus graue preiudicium generatur. Cum ergo pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abhominabile apud Dominum, discretioni tuae mandamus[6], quatinus non obstante prefata consuetudine uel potius corruptela, quam censemus penitus abolendam, dictis Anglicis expresse inhibeas, ne talia de cetero attemptare presumant; sed prorsus[7] ab huiusmodi peruersitate cessantes, pusillum et magnum pari permittant iudicio iudicari, et examinari diuitum causas et pauperum equa lance, cum in iudicio interdicta diuinitus sit acceptio personarum[8].

4. Fridericus Romanorum Imperator cunctis quos clementiae suae regit imperium[1]. Hac edictali lege, *et infra.* Nauigia quocumque locorum peruenerint[2], si quo casu contingente rupta fuerint uel[3] ad terram perueniant, tam nauigia[4] quam nauigantium bona integre illis seruentur, ad quos spectabant, antequam nauigium huiusmodi periculum incurrisset, sublata penitus omni consuetudine locorum, que huic aduersatur sanctioni, nisi talia sunt[5] nauigia, que piraticam exerceant, que[6] sint nobis uel christiano nomini inimica. Transgressores autem huius nostrae constitutionis bonorum publicatione mulctentur, et si res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis aliis compescatur.

TIT. IV. DE POSTULATIONE PRELATORUM.

1. Archiep. Calaritano. *Etsi unanimiter — prouideatur.* (1216—27.) Po. 7714. = c. 6. X. (1, 5.)

2. Watien. et Agrien. Episcopis[1]. Duabus postulationibus, una uidelicet de uenerabili fratri nostro Cenadiensi, reliqua uero de uenerabili fratri nostro Nitriensi episcopis in Strigoniensi ecclesia celebratis, cum nullam eorum[2] inuenerimus esse canonicam, et in tanta contradictione non consueuerit postulatio[3], que si etiam concorditer fieret, plus gratiam[4] quam ius requirit admitti, neutram de fratrum nostrorum consilio duximus admittendam[5].

TIT. V. DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

1. Electo Lugdunensi. *Cum post petitam — exigente.* (1224.) Po. 7136. = c. 46. X. (1, 6.)

Lib. I. Tit. III. 2. 2) fructus: *d* 3) iubemus, ut ... irritari faciatis: *d*
3. 1) *dat. ap. Urbem ueterem* VI. *Id. Aug. P. A.* V. (1220.) *ap. Theiner Monum. Hiberniae p.* 16. *Po.* 6325. 2) de suis: *deest: d* 3) furt.: *deest: d* 4) creditur: *d* 5) surripuerit: *d* 6) *add.:* per apostolica scripta: *d* 7) potius: *d* 8) pers. Quod si etc.: *orig.*
4. 1) *cf. ad. c.* 2. (1, 1.) 2) perueniant: *orig.* 3) uel alias: *ib.* 4) *add.:* ipsa: *ib.* 5) sint: *ib.* 6) aut: *ib.*
Lib. I. Tit. IV. 2. 1) *dat. Later.* XVI. *Kal. April. ao.* IX. (1225.) *ap. Theiner Mon. Hungar.* I, 54. *Po.* 7382. 2) earum: *orig.* 3) fieri postul.: *ad* 4) gratia: *ad* 5) *add.:* Nos autem etc.: *orig.*

2. Abbati Stirpensi et eiusdem loci de Exidolio prioribus Lemouicensis diocesis.[1] Cum bonae memoriae, *et infra.* Sane ne quis forte causetur capitulum sancti Iuliani[2] Lemouicensis diocesis ius eligendi prepositum per decursum temporis amisisse, nolumus, quod tempus lapsum ante concessam sibi eligendi licentiam eis currat, cum constitutio, que de huiusmodi lapsu temporis loquitur, contra negligentiae uitium fuerit promulgata, et hi dici nequeant negligentes, cum non possent eligere, presertim cum ex dilecti fratris nostri beati tituli sancti Iohannis et Pauli presbiteri cardinalis mandato, nostram uel eius tenerentur licentiam postulare.

3. Portuensi Episcopo ap. sed. leg.[3] Per litteras tuas et depositiones eorum etiam testium, quas tua nobis fraternitas destinauit, comperimus euidenter, quod monachi S. Mansueti Tullen. regulares obseruantias non professi, quemdam ipsius loci monachum similiter non professum, in abbatem, contemptis quibusdam ex fratribus suis, qui uocari debebant et poterant, elegerunt. Volentes igitur, ut errata per tuae sollicitudinis studium corrigantur, fraternitati tuae per ap. scripta mandamus, quatinus electionem huiusmodi decernas irritam et inanem, uniuersos ipsius loci monachos ad relinquendum monasterium uel ad faciendam professionem, ut debent, monitione premissa per censuras ecclesiasticas appellatione remota compellendo.

4. Abbati sancti Galgani Cister. ordinis et priori Camald. Vulteran. et Aretinae dioc.[1] Coram dilecto fratre nostro G.[2] sancti Theodori diacono card. R. monacho in abbatem monasterii sanctae Florae Aretinae electo et procuratori quorumdam monachorum, qui electioni se opponebant eiusdem, a nobis auditore concesso, proposuit R. predictus, quod corpore predefuncti abbatis nondum tradito sepulturae, monachi eiusdem loci, relicto ipso corpore in ecclesia, et matutinali offitio, quod iam erat inceptum, omisso, in abbatis curiam secedentes, eligendi potestatem in unum ex ipsis monachis contulerunt, quibus demum regressis in ecclesiam, abbatis corpore iam sepulto, monachus in quem erat potestas eligendi collata, ipsum R. in abbatem elegit; idemque et in abbatis sede positus recipiendo a quibusdam monachis obedientiam et accipiendo quedam de bonis monasterii pro expensis, administrationi[3] continuo se ingessit. Ipso igitur petente confirmari electionem huiusmodi et procuratore predicto e conuerso postulante illam tanquam presumptam illicite infirmari, nos his et aliis, que fuerunt coram ipso cardinali proposita, per eius fidelem relationem plenius intellectis, electionem ipsam cassauimus iustitia exigente.

5. Ep. Ebroicensi et priori S. Barbarae Lexouiensis dioc. et magistro V. de Capella cancellario Rothomag. *Constitutis in presentia — supradictis.* (1216—27.) Po. 7717. = c. 47. X. (1, 6.)

6. Rothomagensi capitulo. *Ecclesia uestra destituta — admissa.* (1222.) Po. 6848. = c. 48. X. (1, 6.)

TIT. VI. DE AUCTORITATE ET USU PALLII.

Un. Archiep. Lugdunensi (leg.: Lundens.) *Tua nos — celebrare.* (1225.) Po. 7455. = c. 7. X. (1, 8.)

TIT. VII. DE RENUNTIATIONE.

1. Maioris eccles. S. Iohannis decano et mag. C. cantori S. Dionisii Leodiensis. *Veniens ad sedem ap. — conferatis.* (1216—27.) Po. 7718 = c. 13. X. (1, 9.)

2. Agathensi et Nicensi (leg.: Niciensi [Nizza]) epp. *Dilecti filii — faciatis.* (1216—27.) Po. 7719. = c. 15. X. (1, 9.)

3. Archiep. Treuirensi. *Lectae coram nobis — uidemus.* (1226 aut 1227.) Po. 7683. = c. 14. X. (1, 9.)

Lib. I. Tit. V. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7715. *hodie: l'Abbaye de l'Esterp et le prieuré curé d'Exideul.* 2) *leg.:* Iuniani

3. 1) (1216—27.) *Po.* 7681.

4. 1) (1216—27.) *Po.* 7716. 2) G.: *deest: c; sed est Gregorius Crescentius Romanus* 3) ministrationi: *a;* ministrationis: *c*

TIT. VIII. DE ETATE ET QUALITATE ET ORDINE PREFICIENDORUM.

1. Capitulo Bremensi. *Quamuis multa — attemptabit.* (1221.) Po. 1221. = c. 15. X. (1, 14.)

2. Ep. et archidiac. Oueten. *Vel non est — compellatis.* (1216—27.) Po. 7720. = c. 14. X. (1, 11.)

TIT. IX. DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS.

Un. Capitulo Bremensi. *A nobis humiliter — supradicta.* (1218.) Po. 5751. = c. 2. X. (1, 16.)

TIT. X. DE CORPORE VITIATIS.

1. Archiepiscopo Colocensi[1]. Postulasti, magistro N. clerico ad nostram presentiam destinato, ut si uotis Ultrasiluanensis[2] ecclesiae uellemus[3] annuere, super[4] eo, quod ad eamdem Waradiensem prepositum elegerunt, confirmationem electionis eiusdem tibi[5] remittere dignaremur[6]. Nos uero fraternitati tuae in hoc et in aliis, quantum cum Deo possumus, deferre uolentes, prefatum electum ad te cum gratia nostra duximus remittendum, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus, cum hoc deferendi tibi fecerimus causa, erga electum ipsum, si alias est idoneus, non obstante macula[7], que in altero ipsius oculo uidebatur, sine difficultate prout ad tuum pertinet offitium exequaris.

2. Ep. Engolismensi. *Thomas monachus — sacerdotis.* (1216—27.) Po. 7721. = c. 7. X. (1, 20.)

TIT. XI. DE FILIIS PRESBITERORUM.

Un. Decano Furnensi Morinens. dioces. et mag. Giliberto Morin. et L. S. Donatoris in Brugis, Tornac. dioces. *Dilectus filius G. — statuatis.* (1216—27.) Po. 7722. = c. 17. X. (1, 17.)

TIT. XII. DE CLERICIS PEREGRINIS.

Un. Ep. Regino. *Te nobis proponente — retinendos.* (1216—25.) Po. 7512b. = c. 4. X. (1, 22.)

TIT. XIII. DE OFFITIO ARCHIDIACONI.

1. Abbati Arremarensi Trecensis dioc. et archid. et decano S. Stephani Trecensis. *Dilecto filio — processuri.* (1216—27.) Po. 7723. = c. 10. X. (1, 23.)

2. Episcopo Vulterano[1]. Quid ad archidiaconi spectet offitium in epistola beati Isidori et ordinis Romani statutis, necnon et constitutionibus aliis inuenitur expressum, unde non sine ratione miramur, quod cum dilectus filius magister Guido, archidiaconus ecclesiae tuae, occupatus cancellariae nostrae seruitiis, in archidiaconatu suo personaliter ministrare non possit, ac propter hoc commiserit dilectis filiis Vulterano capitulo uices suas, tu, sicut eodem accepimus conquerente, cum examinatio, presentatio ac installatio clericorum, siue de benefitiis, siue de dignitatibus hoc[2] agatur, pertineat ad eumdem, eodem ac procuratoribus suis irrequisitis omnino ipsos instituis[3] pro tuae arbitrio uoluntatis, alias super offitio suo grauis eidem et iniuriosus existens. Ut igitur quod per seipsum modo non potest, per alios libere prosequatur, fraternitati tuae per ap. scripta mandamus, quatinus procuratores ipsius in iis, que iure scripto uel approbata consuetudine ad sui archidiaconatus offitium spectare noscuntur, beneuolo studeas fauore fouere, atten-

Lib. I. Tit. X. 1. 1) Coloniensi: *cd; dat. Aletri* III. *Non. Iun. a.* VI. (1220.) *Po.* 6850. *ap. Fejer Cod. dipl.* III, 1, 385. 2) eiusdem: *orig.* 3) *add.:* in hoc: *ib.* 4) super . . . eleg.: *deest: ib.* 5) tibi: *deest: cd* 6) dign. Ceterum carissimi in Christo filii nostri . . . rex et. . . . regina Hungarorum illustres, multiplicatis prelatorum terrae intercessionibus pro eodem electo, per quem potius, quam per alium predicta speratur ecclesia in temporalibus et spiritualibus recipere incrementa, nobis cum instantia supplicarunt: *orig.* 7) predicta mac.: *ib.* (que ... uidebatur: *deest*)

Tit. XIII. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7724. 2) hoc: *d* 3) *add.:* et destitutis: *a*

tius prouisurus, ut eos in premissis et aliis ad offitium suum spectantibus non impedias, nec patiaris quantum in te fuerit ab aliis impediri.

TIT. XIV. DE OFFITIO VICARII.

Un. Ep. Wigorn. *Ex parte tua — compellas.* (1216—27.) Po. 7725. = c. 6. X. (1, 28.)

TIT. XV. DE OFFITIO ET POTESTATE IUDICIS DELEGATI.

1. Archiep. et archidiac. Bitur. *Ex parte carissimae — procedatis.* (1218—27.) Po. 7687. = c 11. X. (2, 22.)

2. Messan. et Regin. archiepp. *Rogatus olim — demandare.* (1216—27.) Po. 7726. = c. 37. X. (1, 29.)

3. Idem Cant. archiep. S. Rom. eccl. cardinali et coniudic. suis. *Dilectus filius I. Sarracenus — pertinere.* (1216—27.) Po. 7727. = c. 29. X. (1, 3.)

TIT. XVI. DE OFFITIO ET POTESTATE IUDICIS ORDINARII.

1. Ep. Assissiensi. *Conquerente economo — sustinemus.* (1216—27.) Po. 7728. = c. 16. X. (1, 31.)

2. Abbati et conuentui S. Rem. *Ut iuxta — introducat.* (1216—27.) = c 17. X. (1, 31.)

3. Episcopo Sulciensi[1]. Non uidetur metropolitano licere, ut suffraganei sui iura minuat uel immutet, nisi super eo antiqua et approbata consuetudine uel speciali priuilegio muniatur, unde reputari potest indignum, ut in die Cenae domini, quo deberent[2] in ecclesiis suis episcopi chrisma conficere, lauare iuxta exemplum domini pedes pauperum et reconciliare publice penitentes, ad metropolitanam ecclesiam, que per quadraginta milliaria et amplius a te distat, chrisma ibidem cum metropolitano tuo confecturus accedas, quamquam idem metropolitanus tam in tua quam in aliis metropolitico sibi iure subiectis ecclesiis non ex speciali priuilegio uel antiqua et approbata consuetudine, sed ex usurpatione potius hoc obtinuisse hactenus uideatur. Hoc itaque in tua olim consecratione prudenter attendens, quod huic grauamini occurreres, fuisti publice protestatus. Volentes igitur, uenerabilis in Christo frater, tuo super grauamine prouidere, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut ad hoc nisi speciale priuilegium exigat, uel antiqua et approbata consuetudo requirat, per usurpationem huiusmodi nullatenus tenearis.

4. Ep. Briocensi et abb. de Sauigneo et archidiac. Recom. *Dilectus filius abbas — formam.* (1216—27.) Po. 7730. = c. 18. X. (1, 31.)

TIT. XVII. DE TREUGA ET PACE.

1. Auxitan. Archiepiscopo[1]. Illius regis pacifici, *et infra*[2]. Sane ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod in Auxitanensi prouincia et circumposita regione usque adeo multiplicata est iniquitas superborum, quod scientes, quia iustitiae cultus est pax, iniurias[3] irrogant, pacem turbant, et inter sanctum et profanum minime discernentes bona tam ecclesiastica quam mundana diripiunt et predantur; quibus nisi fuerit obuiatum, cum superbia eorum semper ascendat, irreparabile[4] totius prouinciae militant[5] detrimentum. Volentes igitur huic pesti mortiferae occurrere antidoto salutari, taliter duximus statuendum, ut uidelicet tu et suffraganei tui, necnon abbates, archidiaconi et alii clerici, principes, milites et populus uniuersus tuae prouinciae pacem auctoritate nostra iuretis; uidelicet quod eam tenebitis, manu tenebitis et sequemini, iustas et rationabiles constitutiones factas pro ipsa obseruabitis firmiter sine fraude, renouaturi de cetero de quinquennio in quinquennium huiusmodi iuramentum; contradictores autem, si qui fuerint, necnon et[6] pacis uel fidei turbatores per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, compescas, contra eiusdem pacis uel fidei turbatores conuocando fideles

Lib. I. Tit. XVI. 3. 1) (1216—27.) *Po.* 7729. 2) debent: *a*

Tit. XVII. 1. 1) *add.:* et suffraganeis eius: *orig.* — *scr.* II. *Kal. Oct.* I. *ap. Bouquet Recueil.* XIX, 613. (1216.) *Po.* 5337. 2) *omittitur:* licet immeriti uicarii constituti qui, ut reconciliaret seruum domino, uniuit hominem sibi Deo, libenter iis prope et his qui longe sunt, pacis consilia cogitamus, ipsam pro posse modis omnibus procurantis: *orig.* 3) ut iniurias irrogent (irrogant: *c*): *ac* 4) in irrep.: *orig.* 5) multiplicabunt: *d* 6) et: *deest: ac*

populos tuae prouinciae, si necesse fuerit per indulgentias, secundum quod utilitati ecclesiarum et totius terrae, necnon et animarum saluti uideris expedire.

2. Abbati Stadensi et Ildesemensi episcopo et nobilibus uiris duci Saxoniae comiti Palatin. Rheni comiti Ascaniae et ministerialibus Magdeb. ecclesiae[1]. Gratum gerimus et acceptum, quod, sicut audiuimus, uos, ad conseruandam et procurandam pacem in terris uestris, mutuum uobis conferre auxilium iuramento interposito astrinxistis, ut sic populus uobis commissus in pulchritudine pacis sedeat et in requie opulenta; super quo discretionem uestram dignis in domino laudibus commendantes, per apostolica uobis scripta mandamus, quatinus huiusmodi iuramentum, sicut est licitum et honestum, studeatis taliter obseruare, quod conscientiam apud dominum et famam conseruetis illesam, quod ab aliis uos faciatis prouidos reputari.

TIT. XVIII. DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

1. Dil. fratri Widoni presb. card. et capit. eccl. S Laurentii in Damaso. *His que pro ecclesia — reseruamus.* (1216—27.) Po. 7732. = c. 11. X. (1, 33.)

2. Idem. In registro felicis memoriae Innocentii Papae predecessoris nostri liquido continetur, quod domus de Perario[1] Ciuitatensis diocesis Beati Petri iuris et proprietatis existit. Accepimus autem quibusdam fratribus ipsius loci nobis insinuantibus, quod cum olim magister ipsius A. et magistro et fratribus de Calatraua, Toletanae diocesis, super facienda sibi obedientia coram bonae memoriae Zamorensi episcopo et coniudicibus suis, delegatis a sede apostolica, tractus esset in causam, et ipsi cognitis causae meritis diffinitiuam pro ipsa domo sententiam protulissent, idem magister de Calatraua, Paulum priorem et quosdam fratres sepe dictae domus, ac deinde[2] per ipsos eiusdem loci magistrum ita promissionibus et aliis monitis illexit, quod ignorante domus supradictae conuentu, ipse magister magistro fecit obedientiam supradicto, contra predictam sententiam, in libertatis ipsius domus et iuris apostolici preiudicium ueniendo; propter quod dictus magister de Calatraua, tenens domum ipsam[3] suae ditioni subiectam, quemdam de fratribus suis prefecit eidem, qui fratribus ipsius domus in libertatem proclamare uolentibus, se opponens, eas expensas ad prosequendam[4] suae libertatis causam necessarias, de bonis ipsius domus facere non permittit. Ne igitur sepedictae domus iniuriam et iustitiam apostolicae sedis negligere uideamur, discretioni uestrae mandamus, quatinus magistrum et fratres de Calatraua, ut eum quem prefecerunt domui antedictae ad suum consortium reuocantes, domum ipsam gaudere permittant debita libertate, moneatis prudenter et efficaciter inducatis. Quod si de iure forsitan confidentes, monitis acquiescere non curauerint, prefigatis auctoritate nostra terminum competentem, quo per procuratores idoneos cum instrumentis ad hoc negotium pertinentibus, si qua forsitan habent, compareant coram nobis, exhibituri et recepturi super his quod[5] ordo dictauerit rationis; fratribus uero ipsius domus faciatis de bonis eiusdem expensas ad prosecutionem huius negotii necessarias ministrari.

3 Idem abb. de Lapide S. Michaelis (Michelstein) Halberstad. dioc. *Dilecta in Christo filia — compellas.* (1222.) Po. 6857. = c. 12. X. (1, 33.)

TIT. XIX. DE PACTIS ET PROMISSIONIBUS[1].

Un. Atrebatensi episcopo[1]. Dilecte in Christo fili, priorissa et sorores sancti Nicolai de Ditiaco, tuae diocesis, suis[2] nobis litteris intimarunt, quod cum hospitale pauperum in eodem loco fuerit ab antiquo, sorores que pauperibus seruiebant ibidem, tandem ut se arctius diuinis obsequiis obligarent, habitum regularem ac institutionem ordinis beati Victoris assumere satagentes, super hoc consensum tuum humiliter petierunt; sed cum non potuerint aliquatenus obtinere, nisi promis-

Lib. I. Tit. XVII. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7731. 4) prosequendae: *d* 5) que: *d.*
Tit. XVIII. 2. 1) Peramo: *d* (*del Pereyro*); — (1216—27.) *Po.* 7733. 2) demum: *a* 3) ips.: *deest: a*
Tit. XIX. 1) et prom.: *deest: d* 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7734. 2) suis: *deest: d*

2. Archiepiscopo Bituricen.[1] Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum collatio prebendarum Bituricensis ecclesiae ad te simul et ecclesiae ipsius capitulum pertinere noscatur, ne si forte aliquando prebendas ultra sex menses uotis uestris dissidentibus uacare contingit, ibidem tibi obiciatur, quod eas conferre non possis, eo quod in earum collatione fuisse sicut et alii negligens uidearis, et sic impediatur potestas conferendi easdem ad te secundum sanctiones canonicas per lapsum semestris temporis deuoluta, super hoc debita prouidere sollicitudine dignaremur. Volentes igitur honorem tuum et iura illibata seruare, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut prebendas[2], quas in ecclesia ipsa ultra sex menses uacare contigerit, libere conferre ualeas personis idoneis, exceptione

Lib. III. Tit. IV. 2. 1) Priori: *deest: a;* Toruicensi: *a;* Ormicensi: *c;* H. electo Cant. ap. se. le.: *e;* (1216—27.) *Po.* 7788.

Tit. VI. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7793. 2) preb. ipsas: *d*

huiusmodi non obstante, nisi forsan causam prestiteritis, ut ultra prefatum tempus ipsarum collatio differatur.

TIT. VII. UT SEDE VACANTE NICHIL INNOVETUR.

1. Ep. Caluen. et magistris I. et V. canonicis Suessen. *Illa deuotionis — inductum.* (1216—27.) Po. 7794. = c. 2. X. (3, 3.)

2. Mauritio ep. Burgensi. *Constitutis olim — reseruata.* (1216—27.) Po. 7795. = c. 3. X. (3, 9.)

TIT. VIII. DE HIS QUE FIUNT VEL CONCEDUNTUR A PRELATIS SINE CONSENSU CAPITULI.

1. Archiep. Senon. et eius suffrag. *Etsi membra — dinoscuntur.* (1216—27.) Po. 7796. = c. 10. X. (3, 10.)

2. Marturan. et Croton. episcopis et abbati de Frigido Geneo Castren. diocesis[1]. Dilecto filio Rufo abbate sanctae Mariae de Carra accepimus referente, quod, cum ipse citatus a nobis pro causa, que uertebatur inter se et monasterium eiusdem Carra, quod ad sedem apostolicam nullo pertinet[2] mediante, ex parte una et uenerabilem fratrem nostrum episcopum et capitulum Neocastrense ex altera, super eo, quod idem episcopus et capitulum monasterium ipsum ad se pertinere dicebant, cum quibusdam monachis suis ad nostram presentiam accessisset, reliqui eiusdem monasterii monachi compositionem quamdam ipsius abbatis irrequisito consensu[3] in eiusdem preiudicium et grauamen monasterii sui temere cum predictis episcopo et capitulo inierunt. Cum igitur temerarium fuerit predictos monachos, irrequisito abbate ipsorum[4], compositionem inire, quantumcumque uideretur[5] utilis, super eadem causa, in qua de subiectione ipsius abbatis et sui monasterii agebatur, discretioni uestrae mandamus, quatinus, huiusmodi compositionem auctoritate nostra decernentes irritam et inanem, per eam non permittatis sepedictum monasterium molestari, contradictores si qui fuerint uel rebelles per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescendo.

3. Episcopo archidiacono et cantori Trecen.[1] Dilecti filii abbas et conuentus Pulteriensis[2] nobis humiliter supplicarunt, ut, cum idem monasterium per dilapidationem R., quondam abbatis ipsius, qui tanquam dissipator multa et diuersa contraxit debita, tanto grauetur honere debitorum, quod ipsi ad solutionem non sufficiunt[3] eorumdem, prouidere super hoc eis misericorditer dignaremur. Volentes igitur ipsius monasterii, quod ad nos specialiter pertinet, indebitis grauaminibus obuiare, discretioni uestrae mandamus, quatinus auctoritate nostra, sublato appellationis impedimento, prouidere curetis, ne super debitis, que nec de conuentus aut maioris et sanioris eius partis assensu, nec pro utilitate monasterii ab ipso R. contracta fuerunt, abbas et conuentus iam dicti pretextu litterarum ipsius R., cum pleraque ipse fecisse dicatur etiam post amotionem[4] suam, super debitis per litteras molestentur.

TIT. IX. DE HIS QUE FIUNT A MAIORI PARTE CAPITULI.

Un. Archiepiscopo Vienn.[1] Dilecti filii capitulum[2] Maurianensis ecclesiae suis nobis litteris intimarunt, quod ecclesia ipsa pastoris solatio destituta, ipsi potestatem eligendi sibi episcopum in tres ipsius loci canonicos contulerunt; ita uidelicet, ut is[3] pro electo ab omnibus haberetur, qui esset electus ab illis uel etiam[4] a duobus eorum, si tertius discordaret; cumque duo ipsorum, tertio discordante, dilectum filium I., decanum ipsius ecclesiae, uirum, ut asserunt, moribus et etate maturum et in temporalibus et spiritualibus prouidum elegissent, tu et capi-

Lib. III. Tit. VIII. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7797. 2) pertinet: *d* 3) assensu: *d* 4) eorum: *de* 5) uideatur: *d*
3. 1) (1216—27.) *Po.* 7798. 2) *sic recte: a; Pothieres.* 3) sufficiant: *d;* sufficuerit: *a* 4) admonitionem: *ac*
Tit. IX. Un. 1) (1216—27.) *Po.* 7799. 2) canonici: *d* 3) is: *deest: ce* 4) et.: *deest: d*

tulum Viennensis[5] ecclesiae ipsam electionem uobis de consuetudine presentatam, ut confirmaretis eamdem, irritam decreuistis, pro eo, quod duo canonici ecclesiae sepedictae in electores prefatos non contulerunt uota sua, et quia quidam alius in eosdem uotum suum contulit, si omnes ipsi electores pariter concordarent, alius uero appellationis interiecisse obstaculum dicebatur. Quare prefatum capitulum multa nobis instantia supplicauit, ut predictum decanum, quem ecclesiae suae affirmant esse perutilem, eis de plenitudine potestatis in episcopum concedere dignaremur. Licet igitur de prouisione ipsius ecclesiae, cui ex defectu pastoris graue dispendium imminere asseritur, debitam sollicitudinem habeamus, quia tamen persona predicti decani est nobis incognita, petitionem ipsius capituli absolute nequiuimus exaudire; gerentes autem de tua charitate fiduciam specialem, fraternitati tuae mandamus, quatinus, si decanum ipsum inueneris ad onus idoneum pontificalis offitii, et maior et sanior pars ipsius capituli consenserit in eumdem, tu, processu electionis seu cassationis predictae ac contradictione paucorum[6], nisi aliquid[7] rationabile obiecerint et probauerint, nequaquam obstantibus, illum preficias in episcopum ecclesiae supradictae.

TIT. X. DE REBUS ECCLESIAE ALIENANDIS VEL NON.

1. Conuentui Sancti Tomae de sancto Amato Pistorien. diocesis[1]. Proponentibus olim abbate et conuentu sancti Antonini, ecclesiam suam debitorum onere aggrauatam, et humiliter postulantibus, ut concederemus, quod alique de possessionibus ipsius ecclesiae[2] minus utiles uenderentur, ut ex earum pretio debita soluerentur, nos eorum postulationibus annuimus in hac parte; ipsi autem non eiusdem ecclesiae, sed uestri monasterii, licet illi subiecti, et res alias idem monasterium contingentes uenerabili fratri nostro Pistoriensi episcopo uendiderunt; quare archidiaconus et archipresbiter Senensis propter hoc partes de mandato nostro ad sedem apostolicam citauerunt, quibus coram nobis postmodum constitutis, nos huiusmodi contractu rescisso, uos et fideiussores uestros ac eiusdem monasterii homines a iuramenti et cuiuslibet obligationis alterius ac excommunicationis uinculo, quo tenebamini eiusdem occasione contractus, duximus absoluendos, in eum statum prefatum monasterium reducentes, in quo ante contractum predictum noscitur extitisse.

2. Pragen. episcopo[1]. Postulasti per sedem apostolicam edoceri, utrum tibi quasdam decimas, quas quidam antecessores tui pro quibusdam uillis, religiosis concessere quibusdam, auctoritate tibi liceat propria reuocare; ad quod tibi duximus breuiter respondendum, quod si concessionem talem contra canones in ecclesiae tuae preiudicium uideris attemptatam, ipsam debes auctoritate superioris legitime reuocare.

TIT. XI. DE LOCATO ET CONDUCTO.

1. Abb. et conuentui S. Petri de Pratellis Lexou. dioc. *Vestra nobis relatio — extendi.* (1216—27.) Po. 7802. = c. 2. X. (3, 18.)

2. Archiepiscopo Narbon.[1] Ex parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut quasdam possessiones ecclesiae tuae in emphiteusim perpetuam concedendi ad uineas plantandas in eis, tibi licentiam concedere dignaremur, cum speres exinde prouentus ipsius ecclesiae augmentandos. Nos itaque de tua discretione plenam in domino fiduciam obtinentes, fraternitati tuae licentiam concedimus postulatam, dummodo ad id capituli tui consensus accedat.

TIT. XII. DE PIGNORIBUS.

Un. Archiepiscopo Colonien. et suffraganeis eius et aliis eccle-

Lib. III. Tit. IX. Un. 5) Merienensis: *c;* Maurianensis: *e* 6) ipsius capituli: *a* 7) aliud: *de*
Tit. X. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7800. 2) poss. suis: *d*
2. 1) (1216—27.) *Po.* 7801. 2) Bragenensi: *a;* Higgensi: *c*
Tit. XI. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7803.

siarum prelatis per Colonien. prouinciam constitutis[1]. Cum sepe contingat, aduocatos aduocatias, quas in ecclesia obtinent, aliis obligare titulo pignoris, in ecclesiarum ipsarum non modicam lesionem, nos indempnitati ecclesiarum paterna uestrarum uolentes sollicitudine prouidere, uobis presentium auctoritate concedimus, ut si aduocati ecclesiarum uestrarum aduocatias suas uobis obligare uoluerint pignori, uos eas recipere ualeatis, nec fructus prouenientes ex eis in sortem teneamini computare, hi autem, qui eas obligauerint a seruitio, in quo uobis pro aduocatiis tenebantur, interim sint immunes.

TIT. XIII. DE TESTAMENTIS.

Un. Fredericus imperator[1]. Hac edictali, *et infra.* Omnes uero peregrini et aduenae libere hospitentur ubi uoluerint[2], et hospitati, si testari uoluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem, quorum ordinatio inconcussa seruetur. Si uero intestati decesserint ad hospitem nichil perueniat, sed bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur, si fieri potest, heredibus, uel in pias causas erogentur; hospites[3] uero, si aliquid de bonis talium contra hanc nostram constitutionem habuerint, triplum episcopo restituant, quibus uisum fuerit assignandum, non obstante statuto aliquo aut consuetudine seu etiam priuilegio, que hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra presumpserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, alias prout culpae qualitas exegerit puniendi.

TIT. XIV. DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

Un. Archiepiscopo Lund. et eius suffraganeis[1]. Etsi multis a sanctis patribus argumentis fuerit laboratum, ut qui ferunt uasa domini mundi fiant, quia tamen usque adeo princeps mundi quosdam clericos et presbiteros illecebris mundanis inuoluit, ut munda respuant et immundam sobolem de immundo procreare contubernio non formident, eos saltem[2] ut amplius erubescant in hoc uolumus et debemus punire, quod eorum progenies sic exorta in paternis hereditatibus non succedat. Quocirca fraternitati uestrae mandamus[3], quatinus in diocesibus uestris districtius inhibere curetis, ne[4] filii presbiterorum et clericorum, quos iidem post sacri nuper generalis[5] statuta concilii in sacris ordinibus constituti turpiter genuerunt, ipsis in hereditate paterna succedant, et propinquiores sui sanguinis preter illos ad eorum hereditatem facientes admitti, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescatis.

TIT. XV. DE SEPULTURIS.

Un. Magalon. ep. *Abolendae consuetudinis — puritatis.* (1216—27.) Po. 7804. = c. 13. X. (3, 28.)

TIT. XVI. DE DECIMIS ET OBLATIONIBUS[1].

1. Abbati et conuentui sancti Pontii[1]. Cum, sicut ex uestra insinuatione didicimus, quasdam habeatis ecclesias, in quarum parochiis decimae a laicis per uiolentiam detinentur, que quidem ad ecclesias ipsas pertinere noscuntur, nos uestris supplicationibus inclinati auctoritate presentium inhibemus, ne decimae ipsae, cum eas iidem laici dimiserint, ad alios quam ad ecclesias easdem deuoluantur.

2. Decano et capitulo Compostellano[1]. Si diligenti uoluissetis medita-

Lib. III. Tit. XII. Un. 1) *Kal. Mart. ao.* V. 1221. *Po.* 6572.
Tit. XIII. Un. 1) *c.* 8. *cf. ad c.* 2. (1, 1.) 2) ubi uol.: *deest: d* 3) hospes. . . . habuerit (*et sic deinceps. numer. singul.*): *orig.*
Tit. XIV. Un. 1) *dat.* II. *Non. Mai. ao.* II. (1208.) *Po.* 5777. *ap. Liljegren Swensk dipl.* I, 195. 2) sane: *d: deest: e* 3) per ap. scripta mand.: *orig.* 4) ut . . . non: *d* 5) uniuersalis: *d; deest: orig.*
Tit. XVI. 1) de dec. et uicesimis: *a;* de dec. et primitiis et oblat.: *c;* et obl.: *deest: e*
1. 1) *S. Pons de Tornieres* — (1216—27.) *Po.* 7805.
2. 1) (1216—27.) *Po.* 7806.

tione pensare, ad quid[2], cuius intuitu, quo[3] tempore sit soluenda uigesima, non tot consultationes in ipsa nimis sollicito exquireretis ingenio, quoniam dubium mentis liberalitas manuum excluderet, et anticiparet solutio questionem. Sane cum generalis concilii fuerit approbatione statutum, ut omnes omnino clerici, tam subditi quam prelati, ecclesiasticorum uigesimam prouentuum usque ad triennium conferant in subsidium terrae sanctae, non oportuit uos de cottidianis dubitare stipendiis, que in pane, uino ac pecunia numerata consistunt, quin uigesima debeat[4] inde deduci, de quibus, ut minus difficultatis ac periculi receptoribus ingeratur, si ad eos uigesima[5] transierit, ante diuisionem uigesima deducatur, et sic dubitatio tollitur de uigesimandis illis denariis, quos superpositam[6] appellatis; nec multum dubii remanet de panibus illis, quos dicitis in uestro uulgari reguaffas, cum, sicut accepimus, tanquam certi redditus et[7] certis temporibus exsoluantur, unde cur uigesimam non debeant, non uidemus; et quamuis non de singulis congrue, competenter tamen de pluribus uno uel diuersis temporibus prout occurrerit numerus, poterit uigesima statuta de panibus ipsis uel ipsorum estimatione deduci. De illa uero pecunia, que ante inchoationem huius presentis anni, a natiuitate beati Iohannis incepti, uobis obuenerat, cuius possessionem apprehenderatis[8] ante anni inchoationem eiusdem, licet post inter uos fuerit distributa, nolumus uos ad uigesimam teneri; quoniam regulariter constitutio non ad preterita trahitur, sed futura[9], et distributio illa non plus portionis in singulos contulit, quam singulis proportionaliter antea debebatur, ex summa, que tunc ex nulla sui parte obnoxia erat uigesimae postmodum institutae, nec illam pecuniam uigesimare tenemini, quam recepistis[10] mutuo, ut ceteris temporibus suppleantur cottidiana stipendia, dummodo ipsa pecunia de uigesimatis prouentibus exsoluatur. Ad hec cum sit in serie predictae constitutionis expressum, ut omnes omnino clerici, tam subditi quam prelati, ecclesiasticorum prouentuum uigesimam usque ad terminum[11] conferant, superflue dubitastis de archidiaconis et quibusdam aliis clericis, quin teneantur uigesimam soluere de prouentibus illis, qui ex gratia, intuitu tamen offitii uel loci ecclesiastici prouenire noscuntur, nisi forsan aliqua exenia sint, que ad esculentum uel poculentum pertineant, sic tamen quod non producantur ad munerum qualitatem, quod melius poterit ipsa rei ostensione, quam statuta[12] expressione discerni. Per hec ergo de procurationibus dubitatio tollitur, nisi forte secundum quorumdam reprobatum abusum pecunia redimatur, sed cur talis pecunia uigesimari non debeat ignoramus. Ceterum ad illarum oblationum uigesimam, que non in pecunia, sed in quibusdam minutis et in talibus, que seruando seruari non possunt, uidelicet[13] frustulis, ut uestris uerbis utamur, et lacte consistunt, quorum de facili non inueniuntur emptores, nolumus uires predictae constitutionis extendi. Quod si forsan uendi contigerit, de pretio uigesima deducatur, sed caueant, ne dolo a uenditione desistant, quoniam qui fraudem scienter committunt, uinculum excommunicationis incurrunt.

3. Rectori ecclesiae Sanctae Mariae de Rubiol.[1] Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod in parochia ecclesiae tuae ueteres percipis decimas integraliter, per hoc credens, quod ad te debeant in eadem parochia noualium etiam decimae pertinere; sed uenerabilis frater noster episcopus Nouariensis huiusmodi noualium decimas R. canonico Nouariensi, quasi hoc potuerit de consuetudine, que dicenda esset uerius corruptela, concessit; pro quo quidem[2] ad quosdam ipse iudices nostras litteras impetrauit, qui contra te iniquam diffinitiuam sententiam protulerunt, a qua tu ad nos uocem appellationis emittens, aliis obtinuisti negotium delegari. A nobis ergo humiliter postulasti, ut de indulgentia nostra in parochia ecclesiae tuae, in qua ueteres percipis decimas, haberes etiam percipiendi

Lib. III. Tit. XVI. 2. 2) ad quid: *deest: d* 3) et quo: *de* 4) debet: *d* 5) uicesimata: *a;* uigesimata: *e* 6) superpositum: *d* 7) et: *deest: ce* 8) apprehendistis: *d* 9) ad fut.: *ce* 10) rescriptis: *ce* 11) usque ad term.: *deest: ae* 12) statuti: *ce* 13) *add.:* debilibus: *a; add.:* oleribus: *e*

3. 1) (1216–27.) *Po.* 7807. — Nibiola: *a;* Dembiola: *c* 2) quidam ad quos: *a;* quidem ad quos ipsos iudices . . . impetrarunt: *c;* ad quos ipse nostras: *e*

decimas de noualibus facultatem. Cum ergo perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineat, per quod decimae noualium, que fuerint in parochiis earumdem, ad ipsas spectare noscuntur, tibi et ecclesiae tuae predictorum noualium decimas indulgemus, ita quod ex hoc eidem canonico quoad uixerit, si eum contra te obtinere contigerit, nullum fiat preiudicium, post eius tamen decessum supradictae decimae ad tuam ecclesiam deuoluantur.

4. Nobilibus uiris Palentinae diocesis[1]. Cum decimae sint domino debitae, quas in signum uniuersalis dominii sibi dominus reseruauit, de his, non ut de proprio, sed tanquam de re alii debita facere deberetis, cum si eas quibus non debentur soluatis, non contingat uos a debito liberari; unde mirati sumus, quod, sicut referente uenerabili fratri nostro episcopo Palentino didicimus, decimas prediorum uestrorum non soluitis ecclesiis, in quarum territorio excoluntur, cum debeantur eisdem, sed pro uestro arbitrio, per quemdam abusum distribuitis quibus uultis. Quia uero laici nedum disponere de decimis, sed eas, cum diuini iuris existant, nequeunt etiam possidere, Ozae[2] terrere debet exemplum, qui pro eo, quod ad arcam, cum inclinaretur, licet animo erigendi eam, manus extendit, a domino, cum ei hoc non licuerit, est percussus, uniuersitatem uestram monemus, quatinus, abusu non obstante huiusmodi, decimas ecclesiis, quibus debentur, integre persoluatis, cum uobis iuxta predicta dispensatio non competat earumdem.

TIT. XVII. DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

1. Magistris R. et W. de sancto Laudo doctoribus decretorum, et W. de Castaneto canonico Aquen. Bononiae commorantibus[1]. Litteras, quas super negotio Iohannis scolaris Bononensis, quod uestro duxeramus examini committendum, uestra nobis deuotio destinauit, benigne recepimus, et earum tenore pleno concepimus intellectu, dilecto filio magistro Petro, procuratore scolaris ipsius, eum infra probationis tempus ab ordine predicatorum exisse firmiter asserente. Ideoque discretioni uestrae mandamus, quatinus, si uobis constiterit, memoratum I. nulla facta professione ab ordine iam dicto infra tempus probationis exisse, denuntietis ipsum[2] ad obseruationem eiusdem uel alterius ordinis non teneri.

2. Abbati Cisterc. et uniuersis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine deo seruientibus[1]. Constituti, *et infra*[2]. Significastis siquidem nobis, quod in quibusdam partibus consuetudo detestabilis inoleuit, uidelicet, quod cum aliqui emulantes carismata meliora, monasteria uestri ordinis uolunt causa religionis intrare, ut ibi domino famulentur, capellani[3] eorum, donec ab ipsis que mortuarium nuncupatur[4] extorqueant, prout a parochianis suis decedentibus consueuerunt accipere, illis[5] temere se opponunt. Quare super hoc nostrae[6] prouidentiae remedium flagistatis[7]. Volentes igitur[8] abusum corruptelae huiusmodi aboleri, auctoritate uobis[9] presentium indulgemus, ut capellanorum[10] contradictione huiusmodi non obstante, liberas personas ad uos e seculo fugientes libere recipere ualeatis.

3. Sancti Mauritii, et de Martiniaco prioribus, Sedunen. dioc. et sacristae Sedunen.[1] Dilectus filius I. canonicus Sedunensis in nostra presentia constitutus proposuit, quod idem in monasterio de Senterio Cisterciensis ordinis simpliciter et sine qualibet protestatione intrauit, sed idem non ualens asperitatem ordinis sustinere, exinde infra tempus probationi prefixum exiuit; unde postulauit

Lib. III. Tit. XVI. 4. 1) nobilibus Placentinis: *e;* (1216—27.) *Po.* 7808. 2) eos Ozae: *d*

Tit. XVII. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7809. 2) *add.:* ob hoc: *ce*

2. 1) *dat. II. Kal. Ian. ao.* III. (1218.) *ap. Hasselbach Cod. Pomeran.* I, 275; *Po.* 5951. 2) *omissum est:* iuxta uerbum prophetae licet insufficientibus meritis super gentes et regna, offitii nostri debitum decenter exequimur, cum euellimus euellenda et plantanda plantamus, recta regimus et dirigimus indirecta: *orig.* 3) archidiaconi: *orig.* 4) ab eis prius que mortuaria nuncupantur: *d* 5) illi: *orig.* 6) uestrae: *orig.* 7) postulastis: *ib.* 8) ergo: *ad* 9) uob.: *deest: orig.* 10) archidiaconorum: *orig.*

3. 1) (1216—27.) *Po.* 7810.

a nobis, ut cum ibi professionem non fecerit, super hoc ab eius conscientia dignaremur totius dubitationis scrupulum remouere. Ideoque mandamus, quatinus si uobis constiterit de premissis, ipsum I. denuntietis ad predicti ordinis uel alterius obseruantiam occasione huiusmodi non teneri.

4. Ep. Venet. *Ex parte tua — compellas.* (1216—27.) Po. 7811. = c. 22. X. (3, 31.)

TIT XVIII. DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

Un. Ep. decano et thesaurario Lingon. *Significauit nobis — permittatis.* (1216—27.) Po. 7812. = c. 18. X. (3, 32.)

TIT. XIX. DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

Un. Electo Mediolanensi[1]. A. presbiter[2], ecclesiae Mediolanensis[3] canonicus nobis humiliter supplicauit, ut cum teneatur ex uoto beati Iacobi limina uisitare, ac propter quamdam occultam infirmitatem corporis qua laborat sine uitae periculo nequeat, sicut credit, tanti labores[4] itineris sustinere, uotum ipsum commutare in aliud dignaremur. Ideoque discretioni tuae mandamus, quatinus prouide indagata ueritate uotum ipsum, si necessitas uidebitur id exposcere, auctoritate nostra commutes in satisfactionem aliam competentem, prouiso, ut sumptus, quos esset facturus in uia, conuertat in opera pietatis, et laborem redimat corporis ieiuniis et orationibus sollicitius insistendo.

TIT. XX. DE STATU MONACHORUM.

1. Salisber. et Bregad. preposit. *Postulastis per nostras — sanctae.* (1216—27.) Po. 7814. = c. 11. X. (3, 34.)

2. Abbati et priori sancti Victoris Parisien. Andegauen.[1] et Rothomag. diocesis. Habentes lumbos precinctos, *et infra.* Sane nostris est auribus intimatum, quod, cum ante generale concilium apud monasterium uestrum filii abbas et prior sancti Victoris, abbatum et priorum abbates proprios non habentium, uestro monasterio subiectorum ordinis uestri commune consueuerit capitulum celebrari, et per illud de suis claustris exstirpari spinas et tribulos uitiorum et plantari uirtutum genimina in eisdem, constitutione in eodem concilio edita pro reformandis monasteriis monachorum, ut in singulis regnis siue prouinciis fieret de triennio in triennium saluo iure diocesanorum pontificum commune capitulum abbatum et priorum, abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt tale concilium celebrare, et extensa constitutione huiusmodi ad canonicos regulares iuxta sui ordinis instituta seruanda, quidam abbates et priores monasteriorum, que[2] uestro monasterio sunt subiecta ordinis uestri contempserunt ad huiusmodi capitulum conuenire, qui ex hoc non immerito opera tenebrarum presumuntur[3] habere, ac sic ritus celebrandi commune capitulum, qui ex constitutione predicta debuit fortius obseruari, in desuetudinem abiit et in eneruationem[4] obseruantiae regularis. Cum igitur huiusmodi capituli celebratio sit canonicae institutionis custodia, eo quod in ipso praua in rectitudinem et aspera in uias planas, euellendo nociua et plantando salubria dirigantur, discretioni uestrae mandamus, quatinus, conuocatis abbatibus et prioribus, abbates proprios non habentibus, ordinis uestri monasterio uestro subiectis, et eos qui uenire contempserint ad id, dummodo non sint impedimento canonico prepediti, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione postpostita compellentes, celebretis apud sanctum Victorem commune capitulum more solito, et procedatis in eo deum pre oculis habentes iuxta constitutionem

Lib. III. Tit. XIX. 1. 1) *dat.* II. *Non. Nou. ao.* I. (1216.) *Po.* 25651. 2) presb.: *deest: de;* Madin.: *e;* Modeciensis: *codex a Cironio collat.* 4) laborem: *ce*

Tit. XX. 2. 1) Angen.: *a;* Angenen.: *c;* (1216—27.) *Po.* 7815; *in e hoc loco aliud sequitur capitulum:* Idem S. Remegii Remen. et Macer. abbatib. Sapientia *et infra.* Volumus et mandamus, quatinus rectores monasteriorum uestrorum dioces., quos uisitatores predicti uobis a suis locis denuntiauerunt amouendos, singuli uestrum in sua diocesi sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo non differatis amouere; alioquin poteritis non immerito formidare, quod uobis minus iurisdictionis relinquetur, quam habuistis hactenus et habetis. 2) qui . . . subiecti: *d* 3) dicuntur: *c;* conuincuntur: *d* 4) derogationem: *d*

concilii memorati, eadem censura facturi, que in eo deliberatione prouida fuerint ordinata, firmiter obseruari; ut autem que statuta fuerint magis teneantur memoriter et seruentur, uolumus et mandamus huiusmodi capitulum singulis annis celebrari.

3. Preposito et canonicis de Petouio[1] Cenadiensis diocesis. Sicut uenerabilis frater noster Cenadiensis episcopus olim nobis exposuit, idem in suae reperit promotionis initio ecclesiam uestram, que nigrorum fuerat monachorum, in spiritualibus et temporalibus destitutam et consistentes ibi personas regulari abiecta obseruantia inter alia, que committebant enormia, inter septa loci eiusdem falsam fabricare monetam, ita quod distractis propter hoc mobilibus et immobilibus in eam cruces ecclesiae, nec non calices et alia uasa sacra conflarent. Cumque ipsius loci monachi ex tantorum criminum conscientia indignationem regiam et eiusdem episcopi metuentes ab eadem ecclesia migrauissent, et de regularibus ei non posset[2] personis commode prouideri, episcopus ipse cum beato Augustino „claudos habere maluit, quam mortuos deplorare.“ Unde predictam ecclesiam personis uacuam et facultatibus spoliatam de secularibus duxit canonicis ordinandam, te, fili C., cuius expertam habebat industriam in ipsius prepositum instituto. Nos igitur ipsius regis et eorumdem episcopi et capituli ac uestris precibus inclinati, quod ab eodem episcopo factum est super hoc ratum habentes, ordinationem eamdem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

4. Abbatib. et monachis in Lombardia et Marchia Teruisina constitutis. *Ea que pro — obseruari.* (1216—27.) Po. 7817. — c. 8. X. (3, 35.)

TIT. XXI. DE CAPELLIS MONACHORUM.

1. Abbati et conuentui Aquinatensi[1]. Quanto sincerius diligimus monasterium uestrum et uestrae cupimus religionis augmentum, tanto sollicitius uestris uolumus prouidere profectibus et grauaminibus obuiare; ea propter, dilecti in domino filii, uestris postulationibus annuentes, auctoritate presentium districte inhibemus, ne quis pro eo, quod quandoque in grangiis uestris ponitis aliquos uestros monachos sacerdotes, qui celebrent in capellis ibidem consistentibus, curam non habentibus animarum, audeat a uobis procurationes pro ipsis grangiis extorquere.

2. Ep. Venetensi. *Ex parte tua — dicto.* (1216—27.) Po. 7819. = c. 3. X. (3, 37.)

3. Burdegalensi archiep. *Ad audientiam nostram — extendas.* (1216—27.) Po. 7820. = c. 4. X. (3, 37.)

TIT. XXII. DE IURE PATRONATUS.

1. M. quondam imperatrici Constantinopolitanae[1]. Audito per te ac alios fide dignos, quod monasterium Pacenaciense[2] Grecarum monialium tunc destructum, omnino diocesani accedente consensu, de propriis bonis reedificaueris et dotaueris, ac moniales easdem ecclesiae Romanae, cui nullam exhibebant obedientiam, feceris obedire, tuis nos supplicationibus inclinati auctoritate presentium indulgemus[3], ut super iure patronatus ipsius monasterii nemo te audeat temere molestare.

2. Illustri regi Mannae[1]. Ad hoc rex regum et dominus dominantium Iesus Christus, a quo tibi concessam temporalem debes recognoscere potestatem, ad regni te solium sublimauit, ut ecclesias et loca religiosa per tuum regnum

Lib. III. Tit. XX. 3. 1) *Sic legend.: censet Cironius (Pettau.)*; de Vitubri: *a;* can. Bituricensis dioc.: *c;* Viterbi: *d;* Vuiterbo, Vuitbec: *codd. per Ciron. coll.;* (1216—27.) *Po.* 7816. 2) possit: *de*

Tit. XXI. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7818.; *in e huc prior titulus extenditur et aliud capitulum legitur:* Id exspectauimus hactenus exspectantes *et infra.* Nec permittas quempiam habere plures personatus, seu parochiales ecclesias post concilium generale, quibus cura sit animarum annexa, nisi forte super hoc habeat indulgentiam sedis apostolicae specialem.

Tit. XXII. 1. 1) M.: *deest: ac: Cironius putat M. (Mariam) esse uiduam Isaaci Angeli* — (1216—27. *Po.* 7821. 2) Pacinaciense: *d;* Panac.: *e* 3) mandamus: *cd*

2. 1) Manensi: *a; scr.* XIII. *Kal. Febr. a.* VII. (1223.) *ap. Theiner. Mon. Hibern.* 21; *Po.* 6944.

existentia diligas et honores, munificentiae tuae manu[2] eis tam liberaliter quam hilariter porrigendo, et alia in eis pietatis opera exhibendo. Cum igitur, sicut nostris est auribus intimatum, quedam ecclesiae regni tui, quarum omnium es patronus, non habere terram liberam asserantur, serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, quatinus, cum indecens omnibus modis uideatur, ut ecclesiae memoratae competenti dote penitus sint expertes, ipsarum cuilibet saltem triginta passus terrae iuxta canonicas sanctiones in liberam elemosinam extra cimiterium a parte qualibet earumdem ad domos clericorum faciendas ibidem largiaris liberaliter, ut iidem[3] pro te teneantur dei misericordiam implorare, ut semper sit ubicunque ambulaueris ipse tecum suamque tibi gratiam concedat in presenti et gloriam in futuro.

TIT. XXIII. DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

Un. Reuer. in Christo filiae ill. reginae Hungariae. *Cum sicut — teneris.* (1216—27.) = c. 8. X. (3, 40.)

TIT. XXIV. DE CELEBRATIONE MISSARUM.

1. Eidem. *Sane cum olim — coronae.* Archiepp. et epp. . . et ceteris eccl. prelatis per Sueciam constitutis. (1219.) Po. 6166. = c. 10. X. (3, 41.)

2. Archiepp. et epp. et uniuersis aliis ecclesiar. prelatis et clericis per Franciam constitutis. *Cum creatura — suum.* (1216—27.) Po. 7822. = c. 11. X. (3, 14.)

3. Capitulo Briuatensi[1]. Nec uestrae saluti expedit, nec honori, ut alique in ecclesia uestra consuetudines obseruentur, que canonicis obuient institutis. Accepimus autem[2] ex insinuatione dilecti filii nostri Briuatensis sacristae, quod quedam praua consuetudo in eadem ecclesia obseruatur, secundum quam in altari maiori, imagine Sancti Iuliani presente, nullus de capitulo audet[3] quantumcumque honestate prefulgeat, nisi sit de militari genere, celebrare. Cum itaque non gradus elegantior, sed uitae melioris actio preferatur, per apostolica uobis scripta mandamus, quatinus non obstante huiusmodi consuetudine, que dici potest potius corruptela, in eodem altari presente imagine supradicta ipsum sacristam et quoslibet de uestro capitulo sacerdotes, nisi hoc eis ex alia causa rationabili debeat interdici, celebrare sine contradictione aliqua permittatis.

4. Archiep. Sipontino. *Te referente — celebrare.* (1216—27.) Po. 7824. = c. 12. X. (3, 41.)

5. Archiep. Upsal. *Perniciosus ualde — patiaris.* (1200.) Po. 6441. = c. 13. X. (3, 41.)

6. Ep. Brixiensi. *Litteras tuas — priues.* (1216—27.) Po. 7825. = c. 14. X. (3, 41.)

7. Episcopo Parisiensi[1]. Non debent[2] ecclesiarum prelati, quibus religionem plantare conuenit et fouere, uiros religiosos persequi et eos[3] super his maxime, que ad diuinum cultum pertinent, obuiare. Accepimus sane conquerentibus dilectis filiis ministris ordinis fratrum Minorum Franciae, quod quidam prelatorum regionis illius occasione priuilegiorum, que se[4] habere proponunt, aliqui uero suo duntaxat arbitrio predictis fratribus inhibere presumunt, ne ubi degunt ualeant secundum nostram indulgentiam cum altari uiatico solempnia celebrare missarum, in eos et hospites suos in maiorem apostolicae sedis iniuriam et contemptum excommunicationis sententiam promulgantes, quamquam prefati fratres ab omni iure parochiali contineant manus suas. Quia uero debemus religiosas fouere personas[5], et maxime dicti ordinis fratres, qui relictis omnibus Christum sequuntur, pro eo esse pauperes et in paupertate continua uiuere eligentes, ac decet nos apostolicas indulgentias obseruare[6], fraternitati[7] tuae mandamus, quatinus auctoritate nostra inhibeas generaliter prelatis regionis eiusdem, ne de cetero sic excommunicent dictos fratres et hospites eorumdem, nec aliquo modo impediant, quominus fratres ipsi dicta indulgentia possint uti, quia non impune

Lib. III. Tit. XXII. 2. 2) manum: *ce* 3) ecclesiae: *c*; eaedem: *e*
Tit. XXIV. 3. 1) (1216—27.) *Po.* 7823. 2) enim: *ac* 3) audeat: *d*

7. 1) *dat. Reate* XIV. *Kal. Oct.* X. (1225.) *ap. Waddington Annal.* II, 600. *Po.* 7480. 2) deberent: *orig.* 3) eis: *orig.* 4) se: *deest: orig.* 5) partes: *orig.* 6) conseruamus: *orig.* 7) *add.:* per ap. scripta: *orig.*

deinceps talia facerent, cum non possimus iniurias[8] pauperum Christi et seruorum eius inquietudinem equanimiter sustinere.

TIT. XXV. DE OBSERVATIONE IEIUNIORUM.

Un. Pragensi ep. *Explicari per — abstinere.* (1216.) Po. 5349. = c. 3. X. (3, 46.)

TIT. XXVI. DE CENSIBUS ET EXACTIONIBUS.

1. De Tiro et de Iosaphat abbatib. *Venerabili fratre nostro — compellatis.* (1216—27.) Po. 7826. = c. 24. X. (3, 39.)

2. Abbati et conuentui Aquicinctino[1]. Etsi superfluum uideatur, *et infra.* Supplicastis siquidem nobis, quod, cum uenerabili fratri nostro Remensi archiepiscopo necnon aliis diocesanis et locorum archidiaconis procurationes ratione uisitationis debitas in monasterio et prioratibus uestris[2] hilariter exsoluatis, ne de curiis[3] aut grangiis seu mansis, in quibus non inhabitant[4] monachi, sed exinde monasterio uestro et eius prioratibus uictualia ministrantur, procurationes soluere teneamini, uobis auctoritate dignaremur apostolica indulgere. Cum ergo locis huiusmodi non sit necessarium offitium uisitationis impendi, cuius causa procurationes debentur, nos uestris supplicationibus annuentes, ne ratione locorum talium procurationes soluere compellamini auctoritate presentium indulgemus.

3. Fredericus imperator[1]. Hac edictali *etc. et infra.* Item nulla communitas uel persona publica uel priuata collectas siue exactiones, angarias uel parangarias ecclesiis aliisque piis locis aut ecclesiasticis personis imponant, aut inuadere ecclesiastica bona presumant, quod si fecerint, et requisiti ab ecclesia uel imperio emendare contempserint, triplum refundant, et nichilominus banno imperiali subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.

4. Priori Segobricensi[1] et archid. Segunt. Significauit nobis uenerabilis frater noster archiepiscopus Tolletanus, quod, cum in sua et contiguis diocesibus approbantibus regibus et principibus hactenus fuerit obseruatum, ut clerici pro possessionibus, quas emunt uel alio modo habent, terrarum dominis nullum prestent seruitium uel tributum, fratres militiae Calatrauensis et alii religiosi Tolletanae et Conchenensis diocesis, huiusmodi consuetudinem in ecclesiasticae libertatis preiudicium infringentes, clericos ipsos ad prestanda pro suis possessionibus seruitia et tributa cogere non uerentur. Ideoque discretioni uestrae mandamus, quatinus fratres et religiosos alios, ut ab huiusmodi clericorum molestatione desistant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis.

5. Astoricensi et Tudensi episcopis[1]. Graui nobis uenerabilis frater Bracarensis archiepiscopus questione monstrauit, quod rex Portugallensis non attendens, quod seruus secundum apostolum suo domino aut stat aut cadit, clericos et alios religiosos tam in criminalibus quam in ciuilibus causis respondere compellit coram iudice seculari; nec considerans, quod obsequiis adscripti diuinis ab omni seruitute debent esse prorsus immunes, angariis et parangariis fatigat eosdem; nec his contentus eos ad muros faciendos uel reficiendos, nec non in expeditionem et ad excubias, que illorum uulgari anundinae uel atalaia dicuntur, ire cogit inuitos. Quia igitur tantam dei et ecclesiae iniuriam nolumus, sicut nec debemus, equanimiter sustinere, presertim cum carissimus in Christo filius noster, Fredericus Romanorum imperator illustris generali lege sanxerit, ut omnes omnino ecclesiae et ecclesiasticae personae ab omnibus secularibus talliis et exactionibus, angariis, et parangariis sint immunes, nec nisi coram ecclesiastico iudice ualeant conueniri, discretioni uestrae mandamus, quatinus predictum regem, ut ab omnium clericorum et aliorum religiosorum super his grauamine[2] conquiescat, monere ac indu-

Lib. III. Tit. XXIV. 8) iniuriam: *orig.*
Tit. XXVI. 2. 1) *Po.* 7827. (1216—27.) 2) ipsis: *d* 3) curtibus: *ce* 4) habitant: *ce*
3. 1) *cf. ad* c. 2. (1, 1.) c. 2.
4. 1) Senguntinae dioces.: *a;* Segintens.: *c; Po.* 7828. (1216—27.)
5. 1) decanis: *ac; Po.* 7829. (1216—27.) 2) grauaminibus: *ce*

cere procuretis, alioquin tam ipsum quam alios ab huiusmodi temeritate desistere per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis.

TIT. XXVII. NE CLERICI VEL MONACHI SECULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

Un Vener. fratrib. M. patriarchae Antiocen. et uniuers. archiepp. et epp. ac dil. filiis ceteris eccl. prelatis in patriarchatu Antioceno constitutis. *Super specula — nuntientur.* (1219.) Po. 6165. = c. 10. X. (3, 50.)

LIBER QUARTUS.

TIT. I. DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO.

1. Amalphitano archiepiscopo et episcopo Rauellensi[1]. Insinuante Sergio laico Scalense ciue nostro est apostolatui reseratum, quod, cum G. germanus suus quondam Caram[2] mulierem conciuem suam in uxorem per uerba desponsauerit de futuro, eo mortuo dictus S., id sibi licere existimans, cum eadem C. matrimonium consummauit. Verum cum postmodum didicisset eidem mulieri cohabitare licite se non posse propter impedimentum publicae honestatis, ac propter hoc diuertisset ab ea, quia uenerabilis frater noster Scalensis episcopus ipsum, ut eam reciperet cogere contra iustitiam nitebatur, sentiens super hoc indebite se grauari, nostram audientiam appellauit. Quocirca fraternitati uestrae mandamus, quatinus, si est ita, denuntietis eisdem S. et C., appellatione remota, non esse matrimonium inter eos.

2. Ep. Slesuicen. *Consultationi tuae — audiendae.* (1219.) Po. 6106. = c. 28. X. (4, 1.)

3. Episcopo Esculano[1]. Tuis nobis litteris intimasti, quod P. ciuis Esculanus matrem cuiusdam puellae, que desponsata et traducta etiam ab eodem ante nouem annos[2] ab ipso incognita debitum carnis exsoluit, iam secundo iurauit ducere in uxorem mutuo interueniente consensu, dummodo id posset legitime adimpleri. Unde ipsis a te contrahendi licentiam cum instantia postulantibus, super hoc nos consulere uoluisti. Nos igitur consultationi tuae breuiter respondemus, quod esse non potest matrimonium inter eos.

TIT. II. DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS.

Un. Ep. et mag. B. canon. Ambian. *Litterae uestrae — eos.* (1216—27.) Po. 7832. = c. 7. X. (4, 15.)

TIT. III. DE DOTE POST DIVORTIUM RESTITUENDA.

Un. Xantonensi et Lemouicensi episcopo et decano Burdeg[1]. Reuerendissimus[2] in Christo filius noster H. rex Anglorum illustris olim nobis suam querimoniam destinauit, quod, cum nobilis uir Hugo de Lesiniaco[3], comes Marchiae, quondam iurasset[4], sororem suam, quam cito nubilis esset, ducere in uxorem, ac interim ciuitatem Xantonensem et insulam Oleronis cum aliis terris et redditibus, quos clarae memoriae Iohannes, rex Angliae, pater eius cum ea sibi tradiderat, fideliter custodire, nec unquam aliquid facere, per quod posset huiusmodi matrimonium disturbari, idem contra suum et aliorum qui super hoc iurauerant, ueniens iuramentum, matrem prefatae[5] Iohannae, quondam reginam Angliae, que sponsalibus contractis inter eos consenserat, sibi sicut fieri potuit matrimonia-

Lib. IV. Tit. I. 1. 1) (1216—27.) *Po.* 7830. 2) Taram: *d*
3. 1) (1216—27.) *Po.* 7831. 2) nonum annum: *ac*
Tit. III. Un. 1) *dat.* IV. *Non. Aug.* IX. (1224.) *ap.* *Bouquet Recueil* XIX, 757; *Po.* 7293. 2) illustrissimus: *orig.* 3) Lesiniano: *de* 4) quod ... duceret ... custodiret ... faceret: *ade;* I.: *orig.* 5) predictae: *orig.*

liter copulauit, nichilominus prefatam filiam eius cum ciuitate detinens ac aliis supradictis[6]; unde nos ipsi comiti dedimus in preceptis, ut restitueret[7] ipsi regi sororem suam cum ciuitate, aliis ac supradictis necnon cum fructibus, quos perceperat ex eisdem[8].

LIBER QUINTUS.

TIT. I. DE SIMONIA.

1. Uniu. abbatib. et fratrib. Cisterc. ordin. *Ne dei ecclesiam — promitto.* (1224.) Po. 7339. = c. 43. X. (5, 3.)

2. Sancti Petri Viui Senonensis abbati et Conuentui[1]. Cupiditati quorundam, qui quasi columbas in templo uendentes facere solent exactiones et extorsiones turpes et prauas pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum et ordinationibus clericorum, prauitatem huiusmodi intendendo defendere per consuetudinem longo tempore obseruatam, tam in Lateranensi quam in generali concilio fuit salubriter obuiatum, consuetudine huiusmodi, que corruptela magis dicenda est, penitus reprobata, et statuto, ut nemo pro his siue conferendis siue collatis aliquid quocumque pretextu exigere aut extorquere presumat. Nos igitur utriusque concilii constitutionibus inherentes, auctoritate presentium firmiter inhibemus, ne quis pro benedictione siue installatione abbatum, qui ad monasterii uestri regimen fuerint assumendi, presumat aliquid a uobis exigere aut pretextu cuiusquam consuetudinis extorquere, uobis nichilominus indulgentes, ne quid inuiti ob causas dare teneamini supradictas.

3. Pistoriensi episcopo[1]. Ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod, cum olim inter conuentum monasterii Sancti Bartholomei Pistoriensis ex parte una et abbatem sancti Iohannis Parmensis ex altera super eo, quod dictus abbas prefatum monasterium sibi subesse dicebat, coram archipresbitero et coniudicibus suis auctoritate apostolica questio uerteretur, nominatus abbas, pendente lite coram iudicibus memoratis, omne ius, quod asserebat in predicto monasterio se habere, ac idem monasterium tibi de facto, cum de iure non posset, sicut conuenit, non attendens, quod ecclesiastica[2] ac monasteria distrahi nequeant sine uitio simoniae, tanquam uile aliquid pro certa uendidit pecuniae quantitate, in ipsorum et eiusdem monasterii preiudicium non modicum et grauamen. Postmodum uero tu, unde miramur plurimum et mouemur, non considerans, cum quanta seueritate dominus de templo expulerit uendentes pariter et ementes, occasione uenditionis huiusmodi a premisso conuentu iuratoriam et fideiussoriam cautionem per uiolentiam extorsisti, ut uenditionem ratam haberent eamdem, et contra eam de cetero non uenirent, in eos qui contra uenditionem ipsam uenirent, seu consilium uel auxilium super hoc conferrent eisdem, excommunicationis sententiam temeritate propria promulgando. Quare fuit nobis humiliter supplicatum, ut sicut uenditionem sancti Thomae Pistoriensis, sic et istam irritare misericorditer dignaremur. Nos ergo fraternitati tuae deferre quantum cum deo et honestate possumus cupientes, deuotioni tuae mandamus, quatinus quod[3] per te minus prouide factum est in hac parte reuocatis, prouide per te ipsum sepefatum conuentum a iuramentis, et fideiussores a fideiussionibus eorum, quas ab ipsis propter hoc diceris extorsisse, absoluens penitus, et prefatam excommunicationis sententiam sine qualibet dilatione ac difficultate relaxans, ipsos occasione huiusmodi de cetero non molestes.

Lib. IV. Tit. III. Un. 6) *desideratur:* adiecit etiam idem rex huiusmodi questioni, quod prefatus comes et supra nominata regina quedam castra ipsius occupauerant uiolenter, quibusdam de supradictis terris atque redditibus alienatis in ipsius regis non modicam lesionem: *orig.* 7) restituens: *orig.* 8) eisdem non molestarent etc.: *orig.*

Lib. V. Tit. I. 2. 1) (1216—27.) *Po.* 7833.

3. 1) (1216—27.) *Po.* 7834. 2) ecclesiae: *a* 3) his que . . . facta sunt: *d*

TIT. II. DE MAGISTRIS.

Un. *Super specula — trangressores.* (1219.) Po. 6165. Cf. supra ad. c. un. (3, 27.) = c. 5. X. (5, 5.)

TIT. III. DE IUDEIS ET SARACENIS.

Un. Omnibus archiepiscopis et episcopis per regnum Hungariae constitutis[1]. Intellecto *et infra.* Ad hec de discretione uestra miramur, causam contra uos comminationis[2] habentes ex eo, quia, cum in Tolletano concilio statutum fuerit et in generali postmodum innouatum, ne Christi blasphemus publicis offitiis preferatur, cum nimium sit absurdum, ut tales in christianos uim exerceant potestatis, uos, ut intelleximus conniuentibus oculis sustinetis per iudeos atque paganos statutum huiusmodi uiolari, quamquam publice in sinodis uestris protuleritis excommunicationis sententiam in omnes, qui eisdem offitiis preficerent infideles, et idem rex nobis iamdudum direxerit scripta sua, in quibus lege perpetuo duratura se statuisse dicebat, ne in regno Hungariae ullo unquam suo uel heredum suorum tempore tales preficiantur offitiis supradictis. Audiuimus insuper, quod Saraceni per dissimulationem uestram multa in partibus uestris habent mancipia christiana, que cum emant libere, quando uolunt pro arbitrio suo dominantur eisdem secundum ritum ipsorum ea uiuere compellentes. Preterea, quod est plurimum miserabile, nonnulli rustici christiani sponte se transferentes ad ipsos et eorum ritum sectantes, Saracenos se publice confitentur, ex eo quia in plurimis lenior Saracenorum conditio quam christianorum existit. Quia uero negligere, cum possitis perturbare peruersos, nichil est aliud quam fouere, ac consentire uidetur errantibus, qui uitiis et peccatis, que debet corrigere, non occurrit, ita in hoc negligentiam uestram redimatis per diligentiam subsequentem, quam maiorem solito adhibere curetis, ne christiani nominis contumelia in uos cadere dignoscatur, et nos peccatum huiusmodi negligentiae tam intolerabilis, que, cum sit nimia, culpae adnumerari potest, non cogamur durius exprobare. Nefas est enim, ut sacri baptismatis unda renatus infidelium ritu uel conuersatione fedetur aut religio Christiana subiecta infidelibus polluatur seu blasphemus ipsius redemptum sanguine Christi domini obnoxium detineat seruituti.

TIT. IV. DE HERETICIS.

